NAZ.
ele III
IX

XLIX
A
15

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIX
A
45
NAPOLI

# CATHOLICA

## QVERIMONIA.

NAPOLI

*Malaca.* *Typis* Matthęi Hidalgo
*Typographi Illuſtr. ac Rev. Dñi mei*
*Epiſcopi. Anno* 1686.

XLIX-A-45

SANCTISSIMVM

D. N.

# INNOCENTIVM

VNDECIMVM

PONTIFICEM MAXIMVM

*ILDEFONSVS INDIGNVS MALACENSIS ANTISTES,*

*AD EIVS SANCTISSIMOS PEDES PRECATVR:*

VT MVTA FIANT LABIA DOLOSA:

*Pſ.30.v.19.*

ET OBSTRVATVR OS LOQVENTIVM INIQVA.

*Pſ.62,v.12.*

# ME S. PATER.

AD MANVS noſtras nouiſſimé peruenit libellus quidam paruus corpore, ſed malitia gigas: libellus, inquam, ſi folia numerentur minimus, ſed liuore prægrandis, maximéque famoſus, imó infamis; indignus quidem lucis, vtpoté inferni inter tenebras fabricatus: titulus eſt; *Practica moralis Ieſuitarum, pars ſecunda.* In eius prima fronte legitur aſſumptum contumeliandi, & diffamandi Religioſiſſimam, ac ſapientiſſimam Familiam SOCIETATIS IESV, quæ in Eccleſia mirificum ortum habuit; & ex tem-

temporis circunſtantijs non abſque myſterio, & ſpeciali prouidentia, qua tuetur Deus incolumitatem ſuę Puriſſimæ Sponſæ; nam quando inſurrexit Lutherus (1) alijque Nouatores, tunc [2] eam fundauit Altiſſimus, qui [3] poſuit hanc vnam contra vnum, & fœliciter amplificata multiplex effecta eſt contra multiplicum Modernorum errorum varietatem, cõſequutaque in extirpatione Hæreſum ſuæ inſtitutionis deſideratum ſcopum: quare ita infenſa, & inriſa eſt Hæreticis, vt omnibus viribus conentur eam conuellere, ac deturbare factis, improbis dicterijs, impoſturis, falſitatibus, detractionibus, & contumelijs.

[1] à Lapid. in Daniel. c. 5. ad calcẽ.

(2) Pſal. 86. v. 5.

3) Eccleſiaſt. 33. 15.

Auctor eius tanti ſcœleris conſcius nomen ſuum propalare erubeſcit, & tanquam malê (4) agens odit lucem: ideòque ſuppreſſo nomine typis datus eſt libellus, ſed

4) Ioan. 3. 20.

eius loquela manifeſtum facit ſcriptorem: & cum (1) nil ſit occultum, quod non reueletur, conſtat eum appellari *Surien*, eſſeque natione Francum, profeſſione Hæreticum Caluiniſtam, & Apoſtatam abominabilem, munere Adminiſtrum curatorem, & Prædicantem in villa *Sedan* in Hollandia; cuius animoſa garrulitas eum inter ſuos fecit expectabilem, & apud exteros velut effrænem, & procacem deſpiciendum.

1] *Lucæ c.8. 17.*

Gallia non potuit fœtum, quem pepererat, continere, ac infidum filium alere, ideoquê in Hollandiam (de qua non importuné dicemus, quod olim de Roma Magnus Leo: [2] *Omnium gentium ſeruiebat erroribus: & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe Religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem*) ſe recepit; vbi liberiori conſilio infremuit aduerſus Dominum, & Societatem eius;

[2] *Serm. 1. de Natal. Apoſt. Petri, & Pauli.*

ſo-

ſolùm enim in illa Hæreſum Babilonia talis lingua exaudiretur, ac veluti in ſecuto municipio, & tanquam ex arce omnino immuni blaſphemias effutiret, ſuaque tormenta
[1] *Apoc.* 13 exploderet, vt bellum faceret (1)
7. Sanctis, ac in tuto poſitus arietaret Eccleſiam.

*Surien* ergo mentis impos, & Hæreſis peſte phreneticus, conuictus quidem, aſt non confeſſus, rationibus deſtitutus, dum verba ei deſunt ad reſpondendum, confugit ad verbera, & ad maledicta confugit, velut inſanus ad lapides.

Huiuſmodi furoris anſam ſumit, ex eo quod formatur ab aliquibus Catholicis Doctoribus argumentum de Fidei Romanæ Eccleſiæ credibilitate ex eius mirifica extenſione: cum enim in remotioribus, & abditioribus mundi Regionibus veritas eius illuxerit, & quamuis ſectarij commertij, & ambitionis

cau-

cauſa nullum angulum terrę prętermiſerint, quem non peragrauerint, attamen manifeſtauit euentus, & manifeſtat quotidie, ſolummodo (1) poſt aurum abire, ac ſperare in pecunia, & theſauris, auiditateque omnino teneri, quin de negotio Religionis Chriſtianę quidquam nullibi cogitauerint; nec minimam expenſam, vel in inſtruenda vna ſcapha, vel vnico alendo Miniſtro, ob propagandam Religionem, deſtinauerint. Catholici verò omnibus, etiam vita, poſthabitis, nihil aliud quærunt [2] niſi Crucis gloriam, ac ferre Nomen IESV coram Regibus, & gentibus [3] omnia arbitrantes, velut ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciant.

(1) *Eccleſiaſtic.* 31. 8.

(2) *Actor.* 9. 15.

[3] *Ad Philip. c.* 3. 8.

Hac igitur pungentiſſima, & ſolidiſſima argumentatione, & efficaci ratione ſtimulatus *Surien* maligniſſimæ febris ſuæ ſuccenditur ardore; & in deliramenta prorumpens

pens ait. Potiores, ac ſanctiores conuerſiones, ſeu miſſiones, quas Catholici iactant, ſunt illæ, quas in longinquis Regionibus exercent, & prędicationis cauſa, cum tanto pecuniarum diſpendio, in tam remotiores partes ſe conferunt, vt videre eſt in expeditionibus ſacris, quæ á PP. Societatis fiunt in magno Sinarum Regno, alijsque climatibus; ſed hæ ſunt omnino malé viſæ ipſis Catholicis, ac de illis veluti de ſacrilegis, mere politicis, & cupiditatum plenis formant iudicium, publicéque illud manifeſtant: ergò argumentum non tenet, imò contrarium convincit.

Minorem probat ex facto, & adducit in teſtem Theatrum Ieſuiticum, non quomodocumque relatum, ſed adumbratum tutela, nomine, & dignitate Ildefonſi á Sancto Thoma, ex Ordine Prædicatorum in Epiſcopum Malacenſem aſſump-

ſumpti,ſecunda parte practicæ moralis Ieſuitarum [hanc enim hucuſque vidimus] & poſt præloquutionem, quaſi admonitione ad lectorem idiomate Gallico, literis curſiuis ſpecialis notæ ſic ſcribit:

*Quis ſit Auctor libri, cui titulus eſt Theatrum Ieſuiticum, & qualis fuerit occaſio,eum in lucem emittendi, iam manifeſtum eſt,eum fuiſſe doctum, ac probum Religioſum Ordinis S. Dominici* ILDEFONSVM *á S.* THOMA;*qui ex ſtirpe Regia procedens ſe fecit Religioſum ſua conſcientia motus, cùm in ſæculo optimè poſſet permanere, & degere ſub nomine Marchionis de Quintana, qui eſt vnus de proceribus, ac locupletibus Caſtellanæ Curiæ: poſtea ſe fecit Malacenſem Antiſtitem, dum antea Eccleſiæ Placentinæ fuiſſet Prælatus, quæ Malacenſem ſuperat pluſquam in triginta millia ducatorum redditibus annuis. Semper vixit tam intra Religionis clauſtrum,quam*

*in*

*in Epiſcopatus faſtigio æqua, & exemplari virtute. Sufficiat talis commendatio perſonæ in teſtimonium eorum, quæ dicturus ſum; cum non ſit veroſimile, hominem talis ſanguinis ſtemmate fulgentem, ac virtutibus ornatum voluiſſe in lucem prodere mendacia in dedecus Ieſuitarum.*

Latebat nos penitus, quænam eſſet occaſio, quam huiuſmodi perſonatus hoſtis effinxerat, nos impuliſſe, vt prædictum Theatrum Ieſuiticum, quod nobis adoptat, ſcriberemus; & eam ſolertèr indagãtes, inuenimus, dum adhùc ſub prælo inſudatet noſtra Catholica querimonia, quod idem Auctor in alio libello, cuius titulum inſcribit: *Practica moralis Ieſuitarum, pars prima*, referens ſe ad Theatrum Ieſuiticum, ibi prius Auctorem nos deſignat, & proditorijs laudibus extollit, ita enim ait:

*Reliqua extracta ſunt ex Hiſpano libro, cuius titulus eſt Theatrum Ieſui-*

*ſui-*

*ſuiticum, qui quidem eſt apologia, quæ Innocentio Decimo dirigitur, typis data apud Conimbricenſes anno 1654. Sed quia liber iste non ſatis agnoſcitur vbique terrarum, & forſitan ei quis dubitabit fidem adhibere; quam meretur; niſi peculiariter auctor agnoſcatur, & occaſio, ex qua ad eius editionem excitatus eſt, breuiter vtrique dubio ſatisfiet.*

*Scribendi occaſionem ſumpſit intendens ſcriptum quoddam refutare Doctoris D. Ioannis del Aguila, cuius titulus Hiſpanice:* Ladreme el perro, y no me muerda; *auctoresque defendere ibi citatos.*

Proſequitur nos adulatoria panegyri, & vt accidit reprobam expendentibus monetam, veram aliquam immiſcere, vt facilius non ſatis cautos circumueniant, non ſecus inter aliqua, quæ à veritate nõ deuiant, plurima omnino falſa comminiſcitur.

*Ait enim nomen noſtrum celaſſe, non quia in Hiſpania abſconditum huiuſmodi negotium exiſtat; nos enim palam Theatrum Ieſuiticum ex Marte noſtro compactũ ſemper iactauimus; vnde ſi intra Hiſpaniarum Regna liber continendus eſſet, nunquam nomen noſtrum ſupprimeremus nemini non manifeſtum; ſed quia vltra euclare neceſſe ſperabatur, magnæ modeſtiæ, & humilitatis noſtræ pondere depreſſi, operepretium duximus, conficto nomine opus contegere.*

Ridendum ſané delirium: biceps monſtrum nos iſte inſolentiſſimus encomiaſtes efformat; ita vt ſimul apud noſtrates, publicos detractores, famoſos maledicos apparere nõ dedignemur; apud exteros tamen & modeſtos, & humiles haberi ſatagamus.

Ex Dominicana Familia in Epiſcopalem Oxomenſem Sedem Domino Joanni de Palafox nos ſuffe-

ctos

ctos eſſe animaduertit; deinde ad Placentinam, poſtea ad Malacenſem; vt iniquiſſimi libri ſpeciem verè fuſcam ſuppoſititio nitore cõcinnet, & mutuatis coloribus exponat.

Fatetur prædictum Theatrum Jeſuiticum per Sanctum Tribunal Inquiſitionis in indice expurgatorio fuiſſe proſcriptum; & licet liquido patens, & conſtans eſſet, me damnati libri auctorem exiſtere, hoc non obfuiſſe quominus ad Epiſcopalem Cathedram eueherer. En, Sanctiſſime Pater, vſque ad Summum Throni tui Pontificalis faſtigium aſcendit *Surien* malignitas; cum ſacrilega temeritate eo tẽdat, vt præſumat, publicum auctorem prædicti libelli aduerſus Religionem Societatis JESV, non modo [illegible] â Romano Pontifice impunitum euaſiſſe, ſed Epiſcopalis dignitatis munere decoratum: & quorſum

ſum hæc? Niſi vt infandum libellum, auctoritate Apoſtolica, quamtumuis tacita, communire moliatur.

[1] *Pſ.* 51. *v.* 2. Progreditur, (1) & quaſi nouacula acuta dolum faciens matrimonium perſtringit inter Parentes noſtros Marchiones de Quintana; cumque de ſplendore natalium nos commẽdat, caligat in ſole, & in mendaciorum barattum halucinatus intruditur: inter quę, vt alia prætermittamus, illud maximè notare eſt: aſſerit nempè, genitricem, ac Dominum meam Marchioniſam, paulopoſt matrimonium viduatam, in Monialium cœnobium ſe recepiſſe, & arcana quædam nobis reſeraſſe. O inauditum naturæ portentum! Nondum ablactatus, trienium enim agebam, matre orbatus ſum, & iam me maternorum conſiliorum capacem efformat *Surien?* Ergò ex falſo non niſi falſum.

Qua

Qua nota etiam apertiſſimè labo-
rat ille à *Surien* ſomniatus genitri-
cis meæ in Monaſterium ingreſſus,
cum apud omnes conſtet ex vrbe
Velez ad ciuitatis Alhamæ balnea
ex Medicorum conſilio iterfeciſſe,
& Granatæ duodecima Auguſti
anni 34. vltimum diem clauſiſſe
in priuata domo. Hęc in Hiſpania
peruia ſunt, ſed vt fabulas ſuas ad
exteros moliatur, per talia ſuppoſi-
ta gradiendum exiſtimauit, & quæ
vera ſunt noluit intelligere, vt
bené ageret.

Creſcit cęcutientis animum
*Surien* demonſtrans argumentum:
ait enim nos Dominicanam Reli-
gionem Malacę elegiſſe, in cu-
ius confinibus maioratus, & Ti-
tuli exiſtunt, quibus renuncia-
uimus, ſed quantum diſtet à tra-
mite veritatis nouus iſte coſmo-
graphus, nemo ſenſatus ignorabit,
cum prædicti ſtatus partim ſint

in Gallecia, partim in veteri Caſtella conſtituti.

Denique nos in Curia Regia ſpectabiles; in Paſtorali munere, & opere, & ſermone ſolicitos, & virtutibus prędictos proclamat; ſed qua veritate? Confundimur: quà mente? Dicendum pollicemur.

Ex his omnibus concludit: *Incredibile quidem eſt auctoris meritis, & virtutibus recenſitis, fidem rerum in Theatro Ieſuitico ſcriptarum, vel in minimũ reddi poſſe dubitationem; itaque non eſt, quid vltra fari neceſſum ſit.*

Hęc omnia ad factum pertinent, Sanctiſſime Pater, ex quibus contra *Surien* machinam aſtruere conamur.

§. I.

§. I.

*Hæretici, non ſolum ſacris Religioſorum cœtibus, verùm ſacratioribus perſonis ſemper ſunt infenſi.*

§. II.

*Nec diſſimulandum, ſed Hæreticis viriliter reſpondendum.*

§. III.

*Stylus Hæreticorum perpetuus eſt ſuæ Hæreſeos titulare libros prælatorum, ac Piorum nomine.*

§. IV.

*Reſpondetur* Surien *conuincendo phiſicè eius impoſturam.*

§. V.

*Ad hominem moraliter conuincitur* Surien *ex ſuis clauſulis.*

§. VI.

*Implicat* Surien *me virtutibus ornatum, & ſimul detractorem conſtituens.*

§. VII.

*Supplicem continet exclamationem ad V. Beatitudinem.*

1] *Sapient.* 5 19. Iã verò in *Surien* B. P. (1) *pro thorace induam iuſtitiam*, *&* *accipiam galeam iudicium certum*: Id eſt, *ſincerum, non fucatum, carens omni ſimulatione, & diſſimulatione.* Vt Grecé legitur.

(2) *Pſ.* 34. *v.* 1.
3) *Alb. Mag ibi.*
4) *Caiet. ibi ex Pſal.* 26. *v.* 12.

*Iudica ergò nocentes me*(2) hoc eſt, *damna:* (3) *expugna impugnantes me:* (4) *quia inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Apprehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi.*

## §. I.

### HÆRETICI, NON SOLVM SACRIS *Religioſorum cœtibus, verùm ſacratioribus perſonis ſemper fuiſſe infenſi.*

ANgelicus Preceptor, contra impugnantes Religionem ſermonem inſtituens, detegit crimine Hæreticorum facinus, in impugnandis Sacris Religioſorum cœti-

tibus, ac omnem latebram reuelauit, é cuius abſcondito emittunt (1) ſagittas vt trucident rectos corde. Iſti ſunt filij alieni, (2) quorum os maledictione, & amaritudine plenum eſt, & dextera eorum iniquitates exarat, & velut ſagittas trãſmittit: (3) *Sunt enim miniſtri diaboli, & ſic famam Sanctorum nituntur corrumpere in tantum, vt non ſolum per ſe apud præſentes infament Sanctos Dei verbo, ſed etiam litteras per vniuerſum orbem dirigunt; non enim ſufficit eis iniquitatem propriam deuorare, vel proximos lædere, ſed quod ſemel oderunt per totum orbem conantur infamare, & vbique blaſphemias diſſeminare.* Non enim ſatis eſt illis maledicere, ſed perennare poſteritati, quę aduerſus viros probos excogitant: (4) *Oportet ergô eodem medio vti aduerſus eos, qui epiſtolas plenas mẽdacio, & fraudulentia in orbem dirigunt, & aures audientium*

[1] Pſ. 10. v. 2.
[2] Pſ. 13. v 6.
3) D. Thom. opuſc. 19. in præfat.
4) D. Th. ibi

*tium polluunt.* Ideóque ſęcula in teſtes ducimus . & typis damus veritatem , vt ſemper poſteritati huiuſmodi Hęretici veſanus dolus innoteſcat : licet enim tam manifeſté mentiatur *Surien* ; vt potius contemptu , quam ſatisfactione indigeat, videtur pręſentibus,& ſucceſſuris ſcribere;ſapientes enim, & inſipientes omni tempore viuunt; & [1] omnibus debitores ſumus : ſequimurque Iſocratis co ſilium aientis : *Cave tibi à calumnÿs, & ſi falſa ſint : plerique veritatem ignorant; recipiunt autem opinionem.*

(1) *Ad Rom. c. 1. 14.*

Manifeſtat autem Angelicus Doctor huius improbę gentis intentum, & quaſi *Surien* penetrans eius calliditatem oſtendit. Ipſe enim ſuſtinere non poteſt tot Sacros fructus , quos Societas Jesv in horrea Domini congregat, & quanta animoſitate in Hæreticos inſurgit, & felicitate conuincit : vt enim hos ſpi-

ſpirituales prouentus impediat, ac deturbet, quod rationibus conſequi non poteſt, denigrando perſonarum famam conatur auertere; doctrina enim conuictus eſt, & experientia religatus; non eſt ergò apud Sycophantam iſtum aliud medium deturbãdi prędicationem, niſi infirmare perſonas: (1) *Reprobi contra Sanctos duo cogitant: primo vt ipſos annihilent; ſecundo, ſi hoc non poſſunt, ſaltem eorum famam deſtruunt apud homines, vt in eis fructificare non poſſint.* Citatque Diuus Thomas Sanctum Iacobum, qui de Hęreticis ſermonem faciens, ait: [2] *Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen, quod invocatum eſt ſuper eos?* Quodnam iſtud bonum nomen eſt? Non eſt aliud, neque in cœlo, neque in terra, niſi (3) Nomen IESV, cui omne genuflectitur: Sub hoc nomine militat eius Societas, quam tu, ò *Surien*, ita ſpernis, vt intendas

[1] *D. Th. ibi*

(2) *Iacob. c. 2. 7.*

(3) *2. ad Phi lip. c. 2. 10.*

eam

1) *Hier.c.11 .19.* eam [1] eradere de terra, vt non memoretur amplius: tu ergô blaſphemas eius bonum nomen, hoc eſt, eius famam, eius exercitia, eius opera, quibus meritò acquiſiuit [illegible] tale bonum nomen, vt inter Religioſorum cœtus æquale cum primis nomen adepta ſit.

Fingunt enim iniquitates grauiſſimas, easque attribuunt Religioſis, & vellent eos diuidere, ac ſeparare á communione, & deuotione populorum, vt nulli proficerent, & vt diuiſi caderent; & cum non poſſint doctrinam, quam prędicant, annullare, veluti in Sacræ Scripturæ ſana intelligentia fundatam, ipſos prædicatores ſpernunt, & inhiant [illegible]uiſos reddere, ſaltem fingendo, & attribuendo eis licentioſam, ac delicatam vitam, & hoc abſque delectu exequutioni mandãt, loquendo, & ſcribẽdo quidquid in buccam (2) *S. Aug. epiſt.137.* & calamum excurrit: (2) *Nec haben-*

*bentes, quod in cauſa* [dicebat Auguſtinus] *ſuæ diviſionis defendant, non niſi hominum crimina allegare affectant, & ea ipſa plura falſiſſimè iactant, & quia ipſam Divinæ Scripturæ veritatem obſcurare non poſſunt, homines, per quos prædicatur, adducunt in odium, de quibus, quidquid in mentem venerit, fingere poſſint.* Cum ergó Patres Societatis ſtrenué verbum Dei annuntient, & vbique gẽtium barbaras nationes ad caulam Eccleſiæ quotidie adducant; ſpernant, conuincantque Hæreticorum nugas vbique profligando; quid mirùm, quod tot inſanias in ipſos *Surien*, qui culmen iniquitatis conſcendit, effutiat?

Sed & ſi contemptibilia ſint, ac omnino ſpernenda, quæ adverſus Societatem Iesv arbitratur, & fingit temerator iſte, omniaque vt deliramenta habenda, & deteſtanda, cum non ſit, neque apud Hæreticos, neque

que apud vagos, & ſcurriles homines fabula adverſus Societatem, quam in ſua farragine ineptiarum non congreget, & conſarcinet; attamen non eſt paruipendendum, nec relinquendum, quin ſuę audaciæ pœnas luat, nec licet mendacia diſſimulare: (1) *Ad calumnias autem conticeſcere non oportet, non vt contradicendo nos ipſos defendamus, ſed ne mendacio progreſſum permittamus; circũventoſque damno affici patiamur, omni ſtudio conari mendacium refellere virorum frugi, ac eorum, qui & ſibi benè conſulant, & multorum ſecuritati ſtudent*: aiebat Baſilius. Apud plebeios radices figunt, & mendacia inter inſipientes prȩualent; ex quo poteſt oriri, vt verbum Dei non recipiatur ſalubriter, imò infructuoſé diſſeminetur propter contemptum eorum, qui ipſum enunciant, ideòque Angelicus Doctor aſſerit: *Quod temeritati eorum reſiſtendum eſt,* In-

(1) *S. Baſil. orat.* 10. *circa fin.*

Innocentiam enim vitæ, ne maculetur, tueri, maximé Catholicorum obligatio eſt, ne zelus Religionis tepeſcat, & pręcludatur ingreſſus veritati, ac puritati doctrinæ Apoſtolicę Romanę: [1] *Quia* (proſequitur Div. Thomas) *eorum vitam denigrare nituntur, quibus non ſolum conſcientia neceſſaria eſt propter ſe ipſos, ſed etiam fama, vt in proximis per prædicationem proficere poſſint.*

(1) *D. Thom. opuſc.* 19. *c.* 20.

Hanc veritatem exornat Doctor Angelicus varijs Sacræ Scripturę authoritatibus, & communiter exemplo Sancti Joannis, qui minitatur coercere verba incompoſita Diophtris non ceſſantis dilacerare Apoſtolica miniſteria: (2) *Si venero*, ait, *commoneam eius opera, quæ facit, verbis malignis garriens in nos*: operá faciebat verbis; quia Diophtris verba, ſicut & tua *Surien*, intendebant auertere gentes, vt

(2) *Epiſt.* 3. *ad Gaium, n.* 10.

non audirent Apoſtolos, & vt concitarentur in illos, deficeretque pia affectio ad credendum, & præbendum auditum veritati, dum per auditum contra Apoſtolos, & Prędicatores opera peſſima eis tributa exaudirentur: hæc enim crudeliſſima ſunt opera garrulitate exquuta, & ideò Divus Thomas ait: *Eorum crudelitatem non deberi amplius tolerari.*

Quatuor intendunt Hæretici aduerſus ſpirituales viros, qui ſe Deo dederunt, & viam perfectionis arripiunt, vt proficiant, quorum doctrina, & exemplum tantùm Ecclesiæ Dei intereſt: [1] *Ipſi ſua detractione quadrupliciter procedunt de viris ſpiritualibus; mala, ſi qua ſunt, extendunt; dubia aſſerunt, falſa confingunt, bona pervertunt.*

(1) *D. Thom. vbi proximè*

Si enim humana fragilitate aliquid non tam conforme profeſſioni Religioſæ homines Deo dediti cómi-

mittant,taliter magnificant,&extendunt Hæretici, vt voce præconis ad aures omnium perueniat,ita multiplicatum, & extenſum, vt plus reputentur phaleræ, quam tela. Extendunt enim mala vnius ad omnes perſonas: ſi enim aliquis Religioſus crimine quopiam notatus ſit, vniuerſali Religioni, & omnibus indiuiduis fingunt eadem delicta, & nomine communitatis vſurpant, & proclamant, quod ab vno perpetratum eſt: (1) *Secūdò extendunt quoad perſonas, vt ſcilicét, quod ab vno, vel duobus geritur, hoc toti Religioni imponere præſumant, quæ etiam ſi ab aliquibus fiant, non ſunt toti Collegio imponenda.*

1] *D.Th.ibi. cap.*20.

Dato ergo, quod aliquis ex Patribus Societatis in particulari defeciſſet; quomodo tam virulentâ iniuria afficis totum Collegium, & vniuerſam Societatem inficis? quando in hac florentiſſima

familia maximè viret inter cæteras virtutes punitiua iuſtitia, cuius correctionem experitur, qui non ita modeſtè incedit? cuius vigilantia nec minima diſſimulat, vt non ſeneſcat primitiui inſtituti rigida obſeruantia, ac ſplendoris nitor? (1) *Nec propter piſces malos rũpimus retia Dñi; non ergo propter hoc infamandum eſt religioſorum Collegium, ſi ali qui ex eorũ numero grauia, etiã pecca ta, cõmittunt: aliàs ſimili modo Apoſtolorũ Collegiũ vituperabile fuit prop ter hoc, quod dicitur Ioan. 6. vnus ex vobis Diabolus eſt.*

(1) *D. Th. ibi. ex D. Auguſ.*

Non ergo rectè concludis, *Surien*, dato enim, & minimè concesſo, quod aliquos Patres Societatis argueres iniquitatis propter ſcelera, particulari fragilitate patratã; quare totã Religionis maſſam aſſeris corruptã, & infirmas Sanctiſſimorum virorúCollegiũ, ita ſpirituale, exemplare, ac omni genere virtu

tum fulgens, quod tot ſapientes omni literarum, & ſcientiarum genere emiſit, & continué premittit [1] ad dandam ſcientiam ſalutis plebi Domini; ita vt à pueritia uſque ad ſenectam, nec deſinit informare inſipientes, corroborare ſapientes, ſuſtinere deficientes, doctrina, exemplo, indefectibili, & conſtanti ædificatione, & exercitatione; quin horreant carcerum ſqualorem, quin xenodochia languentibus plena, etiam cum diſcrimine vitæ fugiant, quin tandem opera omnia charitatis tam ſpiritualia, quam corporalia omittant, aut non exerceant: & tu *Surien*, hominum inſolentiſſimê, titulum tuo, ridiculo, & improperanti opuſculo, imponis: *De practica morali Ieſuitarum*: omnes comprehendens, omnes dilacerans, omnes diſcerpens?

1] *Cant. Zach. v.* 10.

*Dubia aſſerunt*: Vocant dubia, om-

omnia vaga, quæ abſque fundamento ex vna in aliam partem vehuntur, & ea, quæ exaudierunt in popinis à quoquam famulo à calcaribus prolata, quin agnoſcant auctorem, ea dubia nominant, & ſtatim pro certo approbant, & publicant affirmantes: (1) *Contra eiuſmodi Religioſos, quærere, quæ ſua ſunt, non quæ IESV Chriſti*: & hæc eſt expreſſa calumnia quàm *Surien* cōtra Societatem IESV ore aperto pronuntiat, quam tot ante ſęcula Hæretici, á quibus illam mutuavit, retulerunt. Quis vnquam tale credat, niſi eiuſdem ſit cerebri cum iſto infœlici homunculo? quomodo poteſt is abſcondita cordium ſcrutari? Ex quibus principijs deducit gloriam vanam, & propriam, & non Dei zelum inſtimulare PP. Societatis ad munus prædicationis exercendum? Nunquid quia eos videt tot labores libentiſſimê appete-

1) *D. Th. ibi cap. 21.*

te-

tere, talia (1) pericula in terra, & in mari, in itineribus, in plagis, in carceribus ſupra modum, & vſque ad ſanguinis effuſionem pati, & amare? Ex tot heroicis actibus, quos cum videat, negare eſt impoſſibile, arguit, & infert quærere gloriam ſuam, non Domini? Audi, *Surien*, audi Angelicum Doctor. tot ſęculis pręcedentem, & tuam detractionem impugnantem: (2) *Dubia* (Hęretici) *aſſerunt in Religioſorum infamia, cum de occultis cordium iudicare præſumunt, multa huiuſmodi dicunt, in quibus manifeſté temerarij iudices conuincuntur, amando clamare, & vituperare, in hoc etiam ſibi quod ſolius Dei eſt, vſurpant, ſcire, ſcilicèt ſecreta cordium.*

1] 2. *ad Cor. c.* 11. 26.

2) *Vbi prox.*

Quod numen exaudiſti tibi reuelans PP. Societatis, propter vanitatem, vel alium prauum finem prędicationis munus apud infideles exercere? cur eos potius ſugillas,

quam

quam alios Religioſos eiuſmodi mu-
neri incumbentes; cum omnes viros ſacros eadem deuotione proſequaris? Forſitan; quia experiris, quod ſpeciali applicatione te, tuoſque conuellunt, & magna fœlicitate progreſſum faciunt inter gentes verbum Dei diſſeminando?

Nec ſatis tibi videtur quæcumque mala PP. Societatis attribuere, ſed ea, quæ ipſos contemptibiliores reddant, in odium hominum adducant, & vt ſuſpectos omnibus indigites, & cũctis inviſos demõſtres. Eos nãque cupiditatis, ſuperbię, familiaritatis ſuſpectæ, aliorumque facinorũ inſimulas, quæ tantum diſtant à Societatis norma, quantum tuę detractiones á veritate. Proſequitur D. Thomas prophetice, vt videtur de *Surien* loquens: [1] *Non ſunt contenti qualibet mala confingere, ſed grauiſſima, quibus eos ſuſpectos reddant, & hominum ſocietate indignos,* *&*

[1] *Opuſc.* 19 22.

*& omnibus odioſos, & vt eos ſua detractione plenius opprimant, eis imponunt mala illa, quæ in Eccleſia peſſima inueniri poſſunt: dicunt enim eos eſſe pſeudoapoſtolos, eſſe fures, & latrones, & penetratores domorum.*

Nonne pſeudoapoſtolos reputas, & vocitas PP. Societatis, cum aſſeris non puré, & ſinceré Diuinam doctrinam apud Sinas prædicare, & Evangelium acommodare idololatriæ, atque [1] in vnũ coniungere Christum, & Belial? *1) 2. ad Corint. 6. 15.*

Nonne affirmas, quod ita emolliunt Evangelij doctrinam, cum nec de præceptis Eccleſiæ mentionem faciant, vt ſe amabiles reddant, deſiderantes ſolum hominum acceptionem, vt domos penetrent, quærentes quæ ſua ſunt, non quę Domini?

Nonne tanquam fures, & ſacrilegos diffamas, dum indicas, auiditatis

tis illecebris, dapum, ac diuitiarum amore, vt primos accubitus, & ſæcularia deſideria obtinerent, & cætera munia obirent, Sinarum Imperiũ peragraſſe? & acſi eſſent Gentiles, & regnicolæ mollibus veſtiri ſplendidioribus Mandarinorum indumentis, & ornatu vti; quod tam alienum eſt á ſtatu religionis, & pœnitentiæ, quem profitentur? in quo prætergrediuntur conſilium Hieronymi ad Paulinum Presbyterum monentis (1) *Multitudines hominum, & officia, & ſalutationes, & conuiuia, veluti quaſdam catenas voluptatum, fugere*: dum in officijs profanis, & ciuilibus Palatij, Imperialisque Curiæ Sinarum frequẽtia ſe immiſcent, ac munere Miniſtrorum gaudent, ſe intromittentes, citra ſinceritatem Evangelij, vbi non decet, quæſtus gratia?

(1) *D. Hieronym. epiſt. ad Paulin. Presb. apud D. Th. ibi c. 19.*

*Sed hoc manifeſté falſum oſtenditur* [audi *Surien* verba D. Thomæ] (2)

(1) *Ex eo, quod multi Sancti viri cum Regibus, & Principibus commorati ſunt. Ioſeph enim cõmoratus eſt in Curia Pharaonis, de quo dicitur in Pſalmis (2) conſtituit eum Dñum domus ſuæ, & Principem omnis poſſeſſionis ſuæ, vt erudiret Principes eius, ſicut ſemetipſũ, & ſenes eius prudẽtiã doceret.* [vt fit in Imperio Sinarũ] (3) *Moyſes etiã in domo filiæ Pharaonis nutritus eſt, & inſtruct⁹ omni ſapientia Ægyptiorũ perhibetur. Nathan etiã Propheta inter familiares David, & Salomonis computatur.* (4) *Daniel etiam in Curia Regis Babylonis conſtitutus eſt Princeps inter omnes Prouincias Babylonis, & poſtulauit à Rege, & conſtituit ſuper opera Prouinciæ Babylonis Sidrach, Miſach, & Abdenago. Ipſe autem Daniel erat in foribus Regis, & vt ait gloſſa, à Regis latere non recedens honoratus familiaris.* (5) *Nehemias etiam pincerna Regis Perſarum fuit.* (6) *Mardochæus etiam factus eſt Princeps*

1] D. Thom. iib. cap. 19.

[2] Pſ. 104. v. 21. 22.

3) Actor. 7. 22.

4) Daniel. 2.

5) Nehem. 2 c. 1. 11.

6] Heſter. c. 8. 2.

ceps in Curia Aſſueri. In novo etiam teſtamento in Regum Palatijs aliqui Sancti morati fuiſſe leguntur.

1] Ad Philip. cap. 4. 22.

1) Salutant vos Sancti, maxime qui de domo Cæſaris ſunt. Sebaſtianus etiam in Curia Diocletiani inter primos Palatij fuiſſe legitur: ſimiliter Ioannes, & Paulus fuerunt de familia Conſtantini Auguſti. Et Gregorius narrat,

2) In prolog. moral.

[2] quod in terreno Palatio excubabat, vbi multi ex Monaſterio Fratres germana charitate coniuncti ſequuti ſunt eum. Non ergo illicitum eſt viris perfectis, viris Religioſis in Curijs Regum commorari. Propter ſe quidem quærunt Chriſto per contemplationem inhærere, ſed propter alios interdum coguntur à deſiderata contemplatione diſcedere, & ſe actionum tumultibus implicare. Sic ergo & in deſiderio habent quietem contemplationis, & tamen propter ſalutem proximorum patienter ſuſtinent laborem actionis. Vnde Paulus (3) coarctor, ait, è duobus deſi-

3] ad Philip 1. 23.

de-

derium habens diſolui, & eſſe cum Chriſto, permanere autem in carne neceſſarium propter vos. Gregorius etiã ait:(1)menti ſponſum ſuum fortiter amanti, vna ſolet eſſe conſolatio, ſi per hoc, quod ipſa â viſione differtur, aliorum animæ per eius verba proficiant, & ad cæleſtem ſponſum amoris facibus inardeſcant. Ex hac neceſſitate cõtingit, quod Sancti quandoque multitudinibus ſe ingerant, & Magnatum gratiam, & conſortia quærant, non fauore humano, vel potentia delectati, ſed vt plures ad viã ſalutis trahere poſſint; quia vt dicit Auguſtinus: [2] multis noti, multis ſunt authoritati ad ſalutem, & multis præeunt ſequuturis: plus hoſtis vincitur in eo, quem plus tenet; & de quo plures tenet. Plus autem ſuperbos tenet nomen nobilitatis, & de his plures nomine authoritatis: ideo vrgente charitate nobilium, & authoritatem habentium Sancti conſortia

1]Homil.42 ſuper Ezechiel.

2]Auguſt.8. confeſſ.

tia

*tia quærunt, vt per eos pluribus poſſint proficere ad ſalutem, & niſi hoc facerent, eſſent merito arguendi.*

Inter tot Sacra exemplaria ab Angelico Doctore adducta, quibus manifeſté conuincit, quantum intereſt ad Catholicę Fidei propagationem Miniſtros Euangelicos gratiam, & amorem Principum ſibi conciliare, vt populi hęc videntes ad exemplum Regis componantur: ſiſtamus tantiſper in Danielis hiſtoria, quam inter alias tam appoſité D. Thomas attingit.

1) *Daniel.* 5 29.

*Daniel enim* (1) *iubente Rege indutus eſt purpura, & circundata eſt torques aurea collo eius, & prædicatum eſt de eo, quod haberet poteſtatem tertius in Regno Balthaſaris*; hoc eſt, quod à Rege, & Regina ipſe ſecũdus eſſet, ſeu (vt alij interpretãtur) quod fuerit vnus ex tribus ad gubernationẽ vniuerſalem deſtinatis, vt etiam placuit Dario, qui conſtituit *ſuper*

2] *Daniel.* 6. 2

*Sa*

*Satrapas tres Principes, ex quibus Daniel vnus erat.*

Æquo autem animo Daniel prębuit aſſenſum, nec reſtitit induere Regalia veſtimenta,ac inſignia, purpuram, ſcilicet,& torquem auream; nec recuſauit conclamari inter primos Adminiſtros ſedem que pręcipuam inter iudices obtinere ſupremos, ac in Regali ſolio inter primates conſulgere. Audebit ne quiſpiam ex mutatione vulgaris veſtis in ſupremam, & ex pallij ad togam exaltatione, Danielem imprudentię, aut ſuperbiæ arguere? Abſit; quin potius glorioſiſſimum Deo obſequium pręſtitiſſe, pluſquã manifeſtum eſt: ſiquidem per hęc id intendit, & aſſequutus eſt, ſcilicet, & veram Dei legem introducere, & idololatriã exterminare.

Quare ergo PP. Societatis improbandi ſunt, etiam ſi in Imperatoris Idololatrę aula degant? Demus

que

que quod veſtem mutent, purpura induantur, & Mandarinorum munus à Regibus ſibi commiſſum obire non recuſent; ſi quemadmodum Daniel veteri legi, in hoc conſulebat, ita ſimiliter Evangelicę legis Prędicatores fœliciter conſulunt.

Quod enim licitum fuit Danieli Prophetæ Domini puriſſimo, ac Sanctiſſimo, nonne erit Deo placitum inter Evangelij Miniſtros? Ipſi enim Danieli intus pœnitenti, & auſtero non obfuit veſtis externa purpurea, nec torques aurea, qua poteſtas cenſoria illi tributa fuit, eo quod hæc omnia externa ad extenſionem verę legis deſtinarentur, quin devotionis, & mortificationis actus interni minuerentur. Conſtat enim, quod [1] *in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo, ſicut & ante facere conſueverat.* Nec ſuo acceptabili ſacrificio Palatia, dignitates,

1) *Daniel* 6 10.

tes ſupremaque Regni miniſteria obſtabant: ergo nec obſtare cenſendum eſt legis gratię miniſtris; imó temeritati omnino ducendum eſt, talia præſumere, cum abundantiora habeant auxilia (1) ad annunciandum vbique nomen Domini. 1]*Pſal.* 101. *v.* 22.

Habent enim Danielem in exēplum: ipſe enim aſſequutus eſt decretum Religionis propagādæ, ac enunciandæ, iam purpura indutus, iam à Balthaſare in Gubernatorem, ac Miniſtrum Regni declaratus: obtinuit rurſus à Dario ſimile decretum: (2) *Tunc Darius Rex ſcripſit vniuerſis populis, tribubus, & linguis habitantibus in vniuerſa terra: pax vobis: à me conſtitutum eſt decretum in vniuerſo Imperio, & Regno meo:* TREMISCANT, ET PAVEANT DEVM DANIELIS; IPSE EST ENIM DEVS VIVENS, ET ÆTERNVS IN SÆCVLA, ET REGNVM EIVS NON DISSIPABITVR, ET PO- 2) *Daniel* 6. 25. 26.

POTESTAS EIVS VSQVE IN ÆTERNVM. Feré idem præcepit Danielis instantia Nabucodonoſor. [1] Mitto detectam fuiſſe fraudem, ac dolum Sacerdotum Gentilium Danielis opera, vt conſtat ex Sacra Hiſtoria; (2) quin obſtaret purpura, & virga cenſoria, imò omnino conduceret, vt Daniel adipiſceretur tot ſuę Religionis incrementa,

(1) Daniel 3. 98.

(2) Daniel 14.

Nec ſpiritus Domini immutatus fuit in Daniele mutatione veſtium, quas acquiſivit propter donū interpretationis, quod Spiritus Sanctus illi ſuggeſſit, vt veritatem detegeret, vaticinareturq́ in rebus difficillimis, quę à veneficis gentilibus reſerari non valebant.

Sermonem vertamus ad Patres Societatis: cum enim multa de Mathematicis ab ipſis interpretata ſint Sinarum principibus (non quę erroribus ſunt obnoxia, ſed quę licité, & laudabiliter inveſtigari poſſunt

ſunt:([1]ſciẽtia enim hæc in magno pretio apud Sinas habetur, aſcenduntq́ multoties eius profeſſores ad Mandarinatus dignitatẽ) hoc aditu, velut alter Daniel, beneuolentiam Imperatorum captarũnt, auxilium, & protectionem regalem conſequuti ſunt.

(1) *Bauia. Hiſt. Põtif. in vit. Sixt. V. cap. 18.*

Quid ni, vt in ſuum commodum conuerterent, & vt delicatioribus, & mollioribus dapibus, ac deliciis ſibi indulgerent? Minimé: ſed vt obtinerent diuerſa chirographa, & decreta Religioni fauorabilia, vt in Pontificum hiſtoria refertur, de facto conſequutos fuiſſe reſcriptum maximê commendabile in Religionis Catholicæ tutelam, quod affixum fuit in ſuperliminaribus habitationis ſuæ, nimirùm: (2) HIC COMMORANTVR VIRI SANCTI, QVI EX OCCIDENTE APPVLERVNT:

[2] *Bauia, vbi proxim. c. 10.*

# Hic vera lex Dei habitantis in Cælo prædicatur.

[ Heus attende *Surien*, an hæc decreta conſimilia ſint; & quaſi germana ijs, quæ iuſſu Darij Regis Babylonis Danielis modeſtia, ac vitæ ſanctitas conſequuta fuit, & obtinuit] miniſtrarũtque Baptiſmũ publicé, & nouitate commoti feré omnes incolę aſtiterunt; permiſſumque fuit ędificare Templa, Verbum Dei diſſeminare, Verum Deum contremiſcere, & pauere, vt conſtat ex predicta hiſtoria: imò preſumitur, aliquem ex Imperatoribus Sacro Baptiſmatis lauacro eſſe perfuſum; ſicut non deſunt, qui exiſtiment Darium veram tunc temporis ſynagogæ receptiſſe Religionẽ ex cõuerſatione Danielis purpurati, deaurati, Iudicis præpotentis; intùs tamen deuoti, macerati, ac humillimé Vero Deo ſubmiſſi.

Obi-

Obijcis rurſus Patres Societatis in ſuis Eccleſijs collocatam, ac appenſam habere Imperatoris effigiem ſpeciali ornatu veneratam, & quodam elogio in inferiori picturę fimbria literis expreſſo inſignitam, eius incolumitatem, & vitæ diuturnitatē exorante, nempè: VIVAT SINARVM IMPERATOR IN ÆTERNVM. Vitio idololatriæ inſimulas, ſimulq́ adulationis nota cōſpergis ex hac affectuoſa verborum humanitate PP. Societatis, atque eos iactas, aſſeuceraſque palpare, & tanquam adulatores exhibere ſacrilegam reuerentiam Imperatori idololatræ, ideoque indigno, vt à Chriſti Fidelibus (quantomagis Sacerdotibus, ac viris Religioſis) cultus eiuſmodi exhibeatur.

Mitto, quod de Altari à quoquam Sacriſta ſpecialiter ornato, conſecratoque nomini Imperatoris aſſeris: hoc enim vt ridiculū, & falſū om-

omnino ſpernendum eſt, cum teſtes oculatiſſimi Eccleſias PP. Societatis in Sina viſitauerint, & inculcauerint, nec talia viderint, aut audierint, nec referunt hæc deliramenta; illaq́ nó reticerent, ſi comperiſſent Miſſionarij; imô conſultum facerent Sacræ Congregationi ſuper tali forma cultus à te ficti; cum omnia, etiam quę videntur impertinentia, (vt fatetur Illuſtriſſimus Nauarrete in ſua hiſtoria Sinenſi)

1) *à fol.* 451 (1) expoſuerint, ne periclitarentur

*& præcipuè* in negotio fidei, & vt ſecurioti via

505. *n.* 4. adhùc in minimis incederent.

Sed quid ita vſitatum eſt in Eccleſijs Catholicorum, quam ſuorũ Principum, maximê eorum, qui Patroni vocantur, habere, & reuereri eorum effigies, non quidem cultu eccleſiaſtico, aut duliæ, ſed meré politico, imó naturali; cum hominum ſit congratulari benefactoribus; & ne fragilitate memoriç peri-

riclitetur gratitudo, ferè non inuenietur Templum , in quo non ſit depictum nobilitatis inſigne , quod potius exprimit heroes ampliſſimos, beneficentiſſimos fundatores , eorũque magna geſta , ac pios ſumptus in ſuſtentationem , & patrocinium Miniſtrorum benignè diffuſos ; & omnibus his ſignis debita eſt reuerentia, quæ exhibetur Principibus , ac dominis [1] *non ſolum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis.*

(1) *Prim. Petri cap.* 2. 18

Quid ergo miraris PP. Societatis , qui tot beneficia Imperatorum Sinarum, & ſi Gentilium, & Idololatrarum obtinuerunt, eos tanquam inſignes benefactores in ſuis Eccleſijs, quas Imperialibus expenſis erexerunt, & ſuo Patrocinio adumbrarunt , vt Chriſti doctrina liberè diffunderetur, ac predicaretur, venerentur, ſculpantque in ſuę gratitudinis inſigne monumentum ; eorũque precentur incolumitatem ac diuturnam vitam. Au-

Audi Danielem è lacu Leonum clamantem, reſpondentemque voci Darij Regis Gentilis, & idololatræ, protectoris tamen innocentię, ac Religionis ipſius Sancti Prophetæ, qui cum Regem exaudiſſet piè, & benignè vocitantem: (1) *Daniel ſerue Dei, &c.* Ita reſpondit: REX IN ÆTERNVM VIVE. Et vt Gloſſa optimè notat: [2] *Honorat honorantem ſe, & vitam ei interprecatur æternam.*

1) *Daniel. 6. n. 21.*

2) *apud Hug. & Albert.*

Vide *Surien*, Danielem inculpabilem, & Sanctum politicè veneratum fuiſſe benefactorem ſuum, Gentilem, & Idololatram; & eodem elogio extuliſſe, quo PP. Societatis Imperatorem Sinarum, etiam ſi eodem laboret morbo idololatriæ, ac Darius, proſequuti ſunt. Iam ergo vides literaliter cõpertum in Scriptura *Sancta*, tanquam laude dignum, quod tu impius, & mordax in ijſdem ferè circunſtantijs in prauum

uum ſenſum condemnas, & vellicas.

Ang. Doct. ſicut vitia tuorum, & tua detexit, ſententiam in te, tuosque pronuntiat; relinquendo vindictam Diuinę Iuſtitię in pœnarum æternitate infligendam; & in pręſenti pro pœna eſt detectio falſitatum, ac manifeſtatio cordis tui: (1) *Pateret locus multa replicandi contra prædictos detractores, ſed eos Diuino iudicio reſeruamus; cùm eorum nequitia poſſit eſſe omnibus manifeſta, ex his quæ ex corde ſuo nequiſſimè protulerunt, ſecundum ſententiam Domini dicentis:* [2] *quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali: ex abundantia enim cordis os loquitur.*

(1) *D. Th. in epilogo, opuſcul. 19.*

[2] *1. Matth. 12.*

Poſſumus nos in pręſentiarum dicere de PP. Societatis, quod Rex Babylonię de Daniele: quod non fuit alia culpa, vt in ſe ſuſcitaret odium Procerum Babiloniæ, niſi ze-

zelus obſervantiæ verę legis Dei :

(1) *Daniel. 6 5.* [1]. *Non inuenimus* (dixerunt) *Danieli huic, aliquam occaſionem, niſi fortè in lege Dei.* Quam appoſitè de Societate Ieſu dicere deberent Magnates Babyloniæ, hoc eſt, Hæretici, qui in Babylonia, id eſt, in inferno, primas ſedes occupant :. *Non inuenimus huic Societati aliquam occaſionem, niſi in lege Dei.*

Quam perbellé Gloſa! *Fælix conuerſatio, in qua inimici culpam non inueniunt, niſi in lege, quam cuſtodit; ita prædicti malignantes in lege Dei, quam religioſi cuſtodiunt, occaſionem detractionis inueniunt, eos in contemptum inducentes.*

Medium, quod elegiſti vt famam Societatis deturpares, clariorem, ac illuſtriorem illam reddit, cum ora leonum infernalium, id eſt, Hęreticorum, non ei nocuerint; & vt dicit Angelicus Præceptor : *Commendabiles etiam illos,*

*con-*

*contra quos loquuntur, faciunt: oſtendunt enim eorum innocentiam.* In idem conſentit D. Gregor. [1] *Peruerſorum derogatio; vitæ noſtræ probatio eſt; quia iam oſtenditur, nos aliquid iuſtitiæ habere; ſi illis diſplicere incipimus, qui non placent Deo.* En demonſtrationem claram pro Societate JESV; quę non poteſt aliud efficacius argumentum habere, quod iuſtificet ſuę prædicationis feraciſſimos fructus, & ſuorum morum innocentiam, quam accuſationes, & impugnationes *Surien*, & aliorum qui vbi perſentiunt ſpiculum, ibi infremunt.

[1] *Homil. 9 1. part. ſuper Ezechiel.*

*Væ qui ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt:* (2) ita lamentatur Iſaias, tam de te *Surien*, quam de alijs eiuſdem furfuris detractoribus: referēſque hunc textum Origenes, ſic fatur: [3] *Vtetur quis hoc textu videns facientes narrationem, & quaſi ſpongiam quandam adimplentes eam, non*

[2] *Iſaiæ c. 10. n. 1.*

[3] *in Math. tract.* 35

 *ver-*

*verbo potabili, neque de vino lætificante cor hominis; neque de aqua refectionis, ſed de aliquo contrario, & nociuo; & potabili aceto intelligibili, & hanc ſpongiam ponunt calamo ſcripturæ ſuæ, & quantum ad ſe; læſiones inferunt IESV ex huiuſmodi potu.* Quid enim calamus tuus inſtillauit niſi IESV acerbiſſimas contumelias, dum eius Societatem tali ſpongia amaricaſti, tali aceto perfudiſti?

*Indignum Philoſopho vitium, ac furoris indicium demonſtrari.* (1) Sic incuſabat Origenes Celſum, dum ſpiritum virulentiſſimum pectore abditum efflare per calamum tentaſti. Verum tamen eſt, non tam Societatis IESV, quam impetis, pudorem maculare, quam tuam vafriciam oſtendere, & te ipſum colaphis incutere: (2) *Neque enim, qui audit, ſed qui conuitium facit, miſer eſt* (aiebat Cyprianus) *neque qui à fratre vapulat, ſed qui fratrem cædit,*

(1) *Lib. 1. contra Celſum in fine.*

(2) *S. Cyprian epiſt. 55. n. 79.*

*in*

*in lege peccator eſt, cum nocentes innocentibus iniuriam faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere ſe credunt.*

§. II.

## *NEC DISSIMVLANDVM, SED Hæreticis viriliter reſpondendum.*

ABſtinerem equidem á ſcribẽdo adverſus *Surium*, cum rationabiliter iudicarem, minimè me profuturum ſuæ ſaluti; Hæreticis namque pertinacia pro natura eſt: ſic ſentit Auguſtinus erga Petilianum: (1) *Si ego*, inquit, *tibi vellem pro maledictis maledicta rependere, quid aliud quam duo maledici eſſemus, vt qui nos legerent, alij deteſtatos abiicerent ſana grauitate, alij ſua inter audirent maleuola voluntate? Ego quando cuique dicendo, vel ſcribendo, reſpondeo etiam contumelioſis criminationibus*

1) *Ad Petil. lib.3.c.1.*

*bus laceſſitus, quantum mihi Dominus donat frænatis, & coërcitis vanæ indignationis aculeis auditori, lectorive conſulens non ago, vt efficiar homini conuitiando ſuperior, ſed errorem conuincendo ſalubrior.* Minimè ſpero fore ſalubrem tuæ infirmitati, nec correctione prodeſſe, cum malis in tuo peccato petire, quam veniam quibus debes petere, & niſi petas, inſanabilis es.

Attamen tali calumniæ generi, quæ non ſolum perſonæ lædit, ſed etiam totam Eccleſiam in ſcandalum adducit, dum Societatis grauiſſimum, ac ſaluberrimum inſtitutúm fingis me iaculare, & maculare; non in te, nec pro me, vt perſonam priuatam ago, ſed pro Eccleſia,
(1) Prou. 26 4. & 5. & pro Religione coactus ſum[1] reſpondere iuxta ſtultitiam tuam, atque tuam impietatem refutare, ne tibi ſapiens videaris. Si enim male-

di-

dixiſſes[1]mihi ſuſtinuiſſem vtique; 1]Pſ.54.v.
ac dimitterem, quamtumcumque 13.
perſonam vt peculiarem offendiſ-
ſes: ſed vt proborum,& improborũ
ſcandalo occurramus,cũ omnibus ſi-
m⁹ in exẽplũ,agamusque per officiũ
publicam perſonam; ne deputetur
in ſegnitiem, opportuna nunc eſt
& neceſſaria nobis auſteritas, &
pia ſæuitia: *Nec eſt crudelitas, ſed
pro Deo pietas.* Aiebat Hieron:con
tra Vigilantium.

Oportet ergò in te,maledicen-
tiſſime Hæretice, ſtylum armare,&
ſeuera manu contundere, eſſe-
que omnino aſperũ citra labem:
hęc enim durities, & aſperitas non
eſt vitio ſcriptoris vertenda, ſed
referenda in conditionem materiæ:
(2) *Eſt enim ſalubris mordacitas cha-* 2) *S. Aguſt.*
*ritatis debita malignis.* Aiebat idem *epiſt.*216
Auguſtinus Exercetur in dæmonia
hæc execratio, cum in Hæreticos
ſtringitur calamus; ideo appoſitè
eos

1) *Opuſc. de eliminandis libris noxijs.* eos denominat Catherinus: [1] *Diaboli fiſtulas, per quos loquitur, & improuidos plerosque dementat.* Vt ergò (2) muta fiant labia doloſa, & detegatur venenum aſpidum ſub eorum labijs contentum, ne loquantur dolum, labia mea nõ prohibebo inſurgere in maledicos, (3) qui vituperant miniſterium noſtrum: ita expreſſé docet, qui omnia docet Angelicus Præceptor, quem ſi vt Sanctum ſpernas, vt Doctorem ſaltim rationum efficacia recognoſces: [4] *Quandoque* [ait] *oportet, vt contumeliam illatam repellamus, maximè propter duo: primo quidem propter bonum eius, qui contumeliam infert, vt videlicet eius audacia reprimatur, & de cætero talia non attentet, ſecundum illud Prouerb. 26. reſponde ſtulto iuxtà ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur. Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumelias nobis illa*

2 *ex Pſalmis 30. 13. & 39*

3 (2. *ad Corinth.* 6. n. 3.

(4) 2. 2. q. 72. art. 3. *in corp.*

*illatas : unde Gregorius dicit*(1)*Hi, quorum vita in exemplo imitationis eſt poſita, debent, ſi poſſunt, detrahentium ſibi verba compeſcere ; ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant. Et ita in prauis moribus remanentes benè viuere contemnant.* [1] *Hom.* 9. *in Ezech.*

Ex hoc manifeſtè ſequitur, nihil tolerandum, nec taciturnitatem importunam ſeruari debere, quandó per famoſas ſcripturas feriuntur cœtus ſacri, & religioſę familiæ, imò ſacrę perſonę, etiam ſi ſingulares : quibus omnibus fama debet eſſe pretioſiſſima, & cum eam tuētur, non tàm ſibi peculiaritér, quā alijs proſpiciunt, quibus exemplo, & opere præſunt; nec prodeſſe poterunt, dum ab infamibus conſpurcantur, ſi famam negligant : itaque huiuſmodi perſonę nonſolùm poſſunt honeſtè, & ſanctè reſpondere famoſis libellis, quibus impetuntur, & hoſtes repellere; quinimmò tenētur reſ-

reſpondere, & ſe indemnes preſtare: quia adſtricti ſũt famam ſuam conſeruare, ne fiant inutiles ijs, quibus iuuandis ex inſtituto addicũtur, aut ne praui exempli ſuſpicione laborent apud puſillos.

Eſt quidem tuendę famę diverſa obligatio pro perſonarum qualitate; ſed generaliter loquendo opus eſt reſpondere ſcriptis famoſis: (1) *Silentium enim eſſet proditio quædam veritatis: nec ad humilitatem ſpectat taciturnitas:* (2) *Nam qui dedignatur falſa obiecta vera ratione diluere; reprobam humilitatem exercet; eſtque deteſtanda præſumptio famam negligere, & ſuſpicionis næuum non abolere.*

[1] *S. Baſil. epiſt.* 80. *ad Euſtachium Medic.*

(2) *Petrus Celenſ. epiſt* 8.

*Itaque ſi alicubi reperietis hunc* [Surien] *impetere, aut cauillis inceſſere; cum aliàs hunc morem non habeamus, & dixerimus deceptorem, aut circulatorem, hominem miſerum, nebulonem, nugatorem, &c. ignoſcite; ip-*

*ipſa enim neceſſitas aduerſus huius certaminis doctrinas inſtans, talem nobis ſudorem effecit, vt oſtendamus penitus interdicta à noſtra doctrina illius myſteria; quo etiam per orationis, ac contradictionis noſtræ vehementiam, libertatem noſtram oſtendamus.* Sic Epiphanius in præfatione Panarij; & circa eius calcem proſequitur: *Qui hæc lecturi eſtis, rogo, vt veniam detis meæ humilitati, ac debilitati, & mentis meæ tenuitati; quæ à multo hæreſeon veneno obſtupuit, & contra* (Surien) *commota eſt, & inuecta: dum illum ſceleſtum impoſtorem, erroneum, deceptorem appellat; nam propter multam veneni moleſtiam; & vexationem* [*quamuis is non noſter mos ſit, vt aliquos libenter ſuggillemus*] *coacti ſumus talibus ipſum impetere verbis, quo mentem quorundam auerteremus, ne fortè putent, nos ex eo, ſi diſplicentiam noſtram non publicemus; partem ha-*

*habere mentis aſſentientis praua huius Hæretici opinioni.*

*Bilis enim, & acrimonia orationi inſperſa ſalis vicem, & gratiam ſenſibus animæ præbet:* Aiebat Petrus Sebaſtenus S. Gregorio Nyſſeno, cuius animus erat anceps, an exceſſiſſet in nonnulla ſcriptionis ſuę aſperitate, quam adverſarij infrunitus animus, & calamus extorſerat: confirmans ergo eius mentem nutantem, aſſeverans debere exacerbari adverſus Eunomium, qui non ſolum in ea, quę ad ſuæ dogmatis peruerſitatem ſtabiliendam conducebant, ſed amplius in convitijs aduerſus Sanctum Epiſcopum Baſiliũ eiaculandis, ſtringebat calamum: ita loquitur: (1) *Etſi de nobis aliam fortaſſis perſuaſionem habeant, quaſi eo ſimus ingenio, vt eos, qui petulanter in nos inſurgunt æquo, & patienti animo ſuſtinere, & moderationem quoad licet exhibere ſoleamus: an forte*

1) *S. Gregor. Nyſſen. epiſt ad Petr. Sebaſt. Epiſcop*

*ſè vt non tales habeamur, obſtabit, quod non pro nobis, ſed pro vobis iraſcimur; nam in huiuſmodi rebus maiorem forſitan veniam meretur ſuccenſere, quam moderatè agere.*

Ne ergo inſulſi videamur, ſale vtimur quo noſtra oratio comedi poterit, vt aiebat Sanctus Job: (1) *Quomodo comedi poterit, quod non eſt ſale conditum?* Vulnera fricanda ſunt ſale, vt dolore concepto, & medelæ, & ſupplicij locum gerat.

1) Cap. 6. n. 6.

Nec in particulari poſſumus reſpondere caſibus indiuidualibus in libello contentis, cum noſtrum inſtitutum præcipuè tendat demonſtrare impoſturam nobis fictã; tum quia [2] *ſingularia crimina, quæ opponuntur, quaſi certis quibuſdam, deſignatiſque temporibus, ac locis, à noſtris ſodalibus perpetrata* (loquor verbis Eminentiſſimi Sfortiæ Pallauicini Societatis JESV) *hos quidem diſ-*

2 Sfortia Pal lauic. vindic Societ. c 2.

*diſputatione repellere nihil attinet: Vbi enim de factis contenditur, teſtibus, ac tabulis potius quam rationibus agere oportet, quos vtique teſtes, tabulaſque cum adverſarij non proferant; ſed ijdem, qui tanquam accuſatores, adeôque inimicitiam profeſſi Societatem aggrediuntur, teſtium quoque ſibi arrogent fidem, nihil opus eſt defenſore.*

## §. III.

*STYLVS HÆRETICORVM PERpetuus eſt ſuæ Hereſeos titulare libros Prælatorum, ac piorum nomine.*

ANtiquus Hæreticorum mos eſt ſuam impudentiam adumbrare, & palliato nomine auctoris, ſuum vt non detegatur, confingere: ſi enim Catholici talem, aut talem Hęreticum confeciſſe librũ com-

comperiſſent, nullus eſſet, qui primam eius paginam peruolueret; nã pij, & cordati lectores ſtatim in flammas conijcerent : ideò vt doctrinæ venenum ſpargant togam induunt catholici ſcriptoris, vt ſibi venerationem concilient, & in vaſe deaurato pocula mortifera præbent, hoc eſt, libros magnis nominibus titulatos tradunt venerabilioribus Patribus attribuentes; cũ referti ſint, atque imbuti pernitioſiſſimis mendatijs. Ad ſingularia deſcendamus.

Joannes Maxentius, qui ita ad noſtrum propoſitum ſcribit, vt non hiſtoriam, ſed prophetiam videatur exarare : refert quędam tractatum, ſeu epiſtolam ſuppoſitam fuiſſe ab Hæreticis Hormiſdę Papę adverſus quoſdã Scithię Monachos; & cum tale facinus omnino ſacrilegum eſſet, & compertum epiſtolam ab Hæreticis confictã, ita con-

que-

1) *Ioan. Maxen. to. 5. Bibliot. fol. mihi* 498.

queritur: (1) *Cũ ſuæ perverſitatis Hæretici nequiuerint reddere rationem ad maledicta conuertuntur, & propria in eos mala transijcientes, quos prauitatis ſuæ ſentiunt inimicos, aditum ſibi per hoc ad decipiendos ſimplices æſtimant aperire: agunt enim omnia callidè. Quo infamando, vel detrectando Catholicos ſuam valeant tenere turpitudinem:* Fingentes etiam aduerſus eos quædam ſcripta ſub eorum nomine, qui videntur in Eccleſia Dei eminere; *quatenùs omnium animos contra hos facilè valeant concitare: quapropter quoniam quædam fertur ab inimicis vbique epiſtola, quaſi à Romano Pontifice deſtinata, in qua multa inaniter contra dictos Monachos digeſta reperiuntur, neceſſariò conſideraui ipſius epiſtolæ dictis reſpondere, eoſdemque Monachos eiuſmodi culpæ liberos approbare.*

Non conſternor de audacia *Surien*, & quod noſtram humilitatem tali

tali falſitate impetat, & ſupponat nos contra chariſſimos Societatis IESV Religioſos epiſtolam, vel libellum ſcripſiſſe, dum temeritate æquali in Sanctum, & Summum Pontificem Hormiſdam ſui Anteſignani eàdem machina contra alios Religioſos irruerunt. Cum enim idem Diaboli ſpiritus moueat omnium Hæreticorum calamos, & eius malitia ſæculis non ſeneſcat, eadem viuacitate, & non inæquali falſitate prorumpit in nos, qua in Santiſſimum Pontificem inſurrexit tunc temporis Hæretica malignitas.

Et quamvis perſuaſum habeamus, neminem fidem præbere huic falſiſſimę ſuppoſitioni, maximé qui noſtram ingenuitatem pertractarunt, & agnoſcunt: [1] *Non enim facilè credendum* (proſequitur) *hanc eſſe epiſtolam, cuius fertur nomine titulatam, præſertim cum in ea nihil ratio-*

[1]) *Ioan. Magent. ibidem*

*rationis, aut conſequentiæ reperiatur, ſed tota criminationibus, & obtrectationibus vanis, quæ ſolent ex rancore aduerſantis procedere animi, videatur referta.*

Attamen iniquum eſt, noſtrum nomen in patrocinium tot iniquitatum adduci, cum talis epiſtola, vel libellus ita criminationibus adverſus Religioſiſſimos Viros Societatis JESV ſit refertus, talibus vanis obtrectationibus, quas *Surien* in illo euomuit, ſit plenus, vt quidquid virulentus animus eius non potuit decoquere, ibi immiſerit: & dum (1) *in illo exercet, & manifeſtat ſuam linguam doloſam, maledicam, magniloquam, ſcurrilem, diſſolutam, ac vipeream, in qua ſerpentis antiqui ſibilus auditur, in qua loquitur, qui quondam in ſerpente loquutus eſt.* Vt aiebat Petrus Bleſenſ. hoc omne in nos ſimiliter diſſolutè, & ſua conſueta vafricia transtulit.

1) *Petr. Bleſenſ. in vnica lucubratiuncula in hoſt. Relig.*

li-

Plures libros attribuêre Hęretici Origeni, quos nec ſcripſit,nec ſomniauit; non alia de cauſa, aſſerit Lyrinenſis,niſi vt callidè ſub tanto Doctore ſua falſa dogmata in populos emitterent, & ſpargerent; vt veneratione tanti Magiſtri in domos introducerent, amarentque homines fœdiſſimam doctrinam tali indumento ſimulatam, & deſpicerent pericula huiuſmodi dolo adumbrata: [1] *Sed illud eſt, quod nunc debemus aduertere, & ſi non ipſum, libros tamen ſub nomine ſuo editos magnæ eſſe tentationi, qui multis blaſphemiarum vulneribus ſcatentes, non vt alieni, ſed vt quaſi ſui leguntur, & amantur; vt ſi in errore concipiendo Origenis non fuit ſenſus, ad errorem tamen ſuadendum Origenis auctoritas valere videatur.*

1] *Vincent. Lyrin.c.23.*

Quamvis ergo auctoritas noſtra Origenis nomenclaturę impar ſit, attamen ſumus, licet in-

digni, in Eccleſia Dei intra Epiſcoporum Hierarchiam, ac inter Hiſpanos Pręſules tranquillo progreſſu, ſine ſubditorum conturbatione, Divina ope ſuffulti (dicant Oxomenſes, Placentini, & Malacitani) per viginti quatuor annorum curriculum, gregem Domini ſalutari pabulo enutrire ſedulò incumbimus: & in pręclara Sancti Patris Dominici Familia, antequam ad ſacras infulas aſſumeremur, poſt omnia literarum munia, & poſtquam omnes cathedras Philoſophiæ, & Theologię reximus, laurea Magiſterij inſigniti, nec ſine diſcipulorum [quos plures Magiſtros conſpicimus] & ſubditorum fructu, & amore; ideóq; *Surien* voluiſſe videtur ad errores ſuos ſtabiliendos, ſuaque mendacia ſpargenda, etſi non adducere ſenſum noſtrum, ſaltem quod auctoritas noſtra ſit multis tentationi; vt nutan-

tantes habeant animos circa mendacia in tali libello ſcatentia, & nobis tanquam auctori impoſita.

Si omnes codices, quos Hęretici ſub nomine Catholicorum ſcriptorum ediderunt, recenſeremus, deficiet calamus, & papyrus: quoniam abſque delectu, & omnino inſolenter, ac inuerecundé mandarunt, & quotidiê typis mandant infames ſui cerebelli partus; tribuentes Patribus Illuſtrioribus, qui nunquam tales liberos genuerunt, aut cognouerunt, vt eorum adulterinam originem, & infamiam fraudulēter celent; nō alio fine, quā vt ſub tanto nomine decipiant, plumbumque deauratum pro vęro auro venditent: (1) *Novos quotidie* [loquendo de Hęreticis ait noſter Sixtus Senenſis] *librorum fætus emittunt adulterinos, ſuppoſititios, pſeudopigraphos, & nothos, præpoſitis abſque vllo iudicio & pudore, in frontiſpicijs*

(1) *Sixt. Senenſ. in prolog. Bibliot. Sacra.*

*picijs operum falſis illuſtrium auctorum inſcriptionibus.* Nonne *Surien*, in Theatro Jeſuitico hoc feciſti, & noſtro nomine eius abominationes illuſtras, viperinosque partus exponis, dum in eius frontiſpicio auctorem me ſcribis? En tot annis retroactis apud Senenſem tuam reuelatam impudentiam.

Et vt indiuidualius hę iniquitates referentur, proſequitur Sixtus Senenſis, aſſignando in particulari impoſturas irrogatas primis Eccleſię Patribus, ſub cuius auctoritate falſa dogmata intenderunt ſpargere, & introducere ad ſeducendos populos, & eorũ errores propagãdos ſub pia affectione, qua fideles ſuorũ Antiſtitú vocẽ audiũt, & doctrinã proſequuntur: [1] *Hoc ſanè artificio ſuppoſuerunt nobis inter multos ſpurios partus, quæſtiones in GeneſimPhilonis Iudæi: queſtiones Iuſtini Philoſophi, & Martyris ad gentes: quæſ-*

(1) *Senenſ. ibidem.*

*la-*

*tiones Divi Athanaſij ad Antiochum: Origenis paraphraſim in Iob, eiuſdemque in eundem librum, Commentarios: item Arnobij Rethoris in Pſalmos Commentaria : Euſebij Emiſeni homilias in Euangelia : Ambroſij in Apocalipſim explanationem : Hieronymi in prouerbia libros tres : & in lamentationes Ieremiæ libros tres : Eucheri in Geneſeos, & Regum Hiſtorias libros octo : & cum his alia plurima, præſertim veterum Patrum aſcititia opera, quorum dogmata, ſtylus, ac tempora magis ab ipſorum titulis, & inſcriptionibus diſtant, quam cælum à terra.*

Epiſtola Ivę ſuppoſita fuit Sancto Epiphanio, & in eam expoſtulat Epiphanius Diaconus in Concilio ſecundo Niceno. (1)

Neſtoriani, Theodoreti nomine multa ſua deliramenta auctorarunt. (2)

In ſexta Synodo Conſtantino-

po-

1] *Concil. Nicæn. act. 6. tom. 5.*

2) *Leont. de ſect. act. 5.*

politana, vt vnam tantum operationem tribuerent Hæretici Chriſto, introduxerunt diverſos tractatus ſub nomine Vigilij Papæ ad Juſtinianum Imperatorem, & Theodorã

[1] 6. Concil. Conſtantin. act. 14.

eius coniugem; & alium ſub nomine Menę viri Sanctiſſimi ad eundem Vigilium. Hi enim in dicto Concilio appellantur famoſi libelli, ex quorum examine, ac falſitatis detectione vna fuit Concilij vox, omneſque Patres æque exclamarunt: [1] *Anathema libro, qui dicitur Menæ ad Vigilium, & quicumque finxerunt: anathema libellis, qui dicuntur factifuiſſe à Vigilio ad Iuſtinianum, & Theodoram diuæ memoriæ; anathema ſimul qui falſarunt acta Sancti; & vniverſalis quinti Concilij.* Si ergo Summorum Pontificum epiſtolæ, & conciliorum ſacrata verba, & acta halitu Hæretico inficiuntur, & deturpantur; quid mirum, vt moderni Hæretici

velint ſuas colorare ineptias præſentium Epiſcoporum nomen falſando, & fictitio patrocinio muniendo?

Non ſolum in primis Eccleſię ſeculis ſiſtit hæc iniquitas, cum etiam noſtris temporibus prolapſa ſit; eaque vſus eſt Hęreticus iſte Francoholandus, dum non ſolum noſtra auctoritate inaurat ſuarum virulentiarũ abſinthiũ, vt poſſit hoc tegmine doloſo deglutiri; ſed noſtro nomine, & cognomine, ſuſpeſas ſaltẽ vult manere hominũ mentes, dum cogitent auctorem tot iniquitatum Malacenſem Epiſcopum. Perlegatur eodem loco idem Sixtus *Senenſis*: (1) *His longe gravius, & maius detrimentum intulerunt impij Hæretici, qui vt hæreſibus ſuis fidem ex auctoritate inſignium auctorum conciliarent, libris nefariæ doctrinæ à ſe editis, poſuerunt gratioſa Catholicorum PP. nomina, ac cognomina; hoc* 1) *Senenſ. vbi ſup.*

*ni-*

*nimirùm impoſturæ genere allicientes ad ſe auidos, & incautos lectores, quibus pro ambroſia, & nectare feces, & excrementa;pro remediјs, & antidotis lethifera venena melle prælita venditarent.* ( Et poſtquam alia exemplaria in medium profert, concludit) *Conſimili fraude conciones Italicas Bernardini Ochini Apoſtatæ, & Hæretici verterunt in conciones Thomæ Ordinis Prædicatorum, Epiſcopi Iuſtinopolitani.* En, *Surien*, vnde adamuſſim habes exẽplar mutuatũ ab Apoſtata Hęretico Ochino; tribuẽte libellũ alteri *Thomæ, Dominicano, & Epiſcopo*; ſicut tu arrogas Theatrum *Thomæ, Dominicano, Epiſcopo Malacenſi.*

Quid mirùm, quód circá Epiſcopos hac fraude [illegible]utãtur Hęretici? ſi [1] aduersùs Dominũ, & aduersùs Chriſtum eius, Epiſcoporum Epiſcopum, id ipſum exercent; nõ ſolũ dum in terris nobiſcum verſaretur, ſed

1) Pſ.2. v.2.

ſed poſtquam á nobis aſſumptus fuit, & iam regnantem in cœlis, (1) poſuerunt in eum os ſuum: Chriſto enim Domino ſuppoſuerunt librum de Magia, ad Petrū, & Paulū conſcriptum; quam quidem temeritatem refert Auguſtinus affirmans; [2] *Vt etiam à pueris; qui adhuc pueriliter in gradu lectorum Chriſtianas literas norunt, meritò rideatur.*

1] *Pſ.72.v9.*

2] *Aug.lib 1 de conſenſu Evang.c.9. & 10.*

Clemens Romanus aſſerit Simonem Magum, & Leovium libros ſub Chriſti nomine evulgaſſe plenos impietatis & errorum. (3)

3) *6. Conſt. c.16.*

Quod autem iam in throno Chriſto Domino non pepercerint; patet ex epiſtola, quam confinxerunt, per eum à cœlo demiſſam, ac in terram delapſam; cuius Adalbertus auctor fuit, vt in Concilio Romano ſub Zacharia mentio fit, his verbis: (4) *In Dei Nomine incipit epiſtola Domini N. IESV Chriſti Filij Dei, quæ*

4) *Concil. Roman. ſub Zachar.*

*qua in Ieroſolyma cecidit &c. Per Michaelem Archangelum ipſa epiſtola inuenta eſt ad portam Efren, & per manus Sacerdotis nomine Icore epiſtola iſta relecta eſt.* Si ergo tales ineptias machinati ſunt Hæretici in Chriſtum, nec miror de audacia *Surien*: nunquid diſcipulus ſupra Magiſtrum? Non ergo reputo inglorium aſſociari ijſdem opprobrijs ei, qui ſimilia in ipſum permiſit.

*Si* enim Hæreticorum audacia Chriſtum, & *Sanctos* Patres, & Doctores ſuę Eccleſiæ ita impetije, ſuisque nominibus abuſi ſunt, vt iniquitates venales facerent, ac mendaciorum ſordidamenta amabilia, licét doloſé, redderent; non mirandum, quod *Surien* tot ſacrilegis exemplaribus ductus velit Epiſcopos ſuo ſæculo degentes introducere ſuę iniquitatis auctores, & fautores.

Sed

Sed infœliciter Antiſtitem Malacitanum elegit, dum ſtatim manifeſtauit, & reuelauit iniquitatem eius. Poterat enim aliquem ex iā vita functis aſſumere in auctorē famoſi libelli; vel fingere alium Epiſcopum degentem in fabuloſo Cathay, vbi diſtantia difficilē redderet detectionē fictionis; ſicut etiam ea mendacia, quæ refert in Theatro, diſtantiſſima itineris latitudine interioris Regni Sinarum muniuit, ne de facili mendax comprehenderetur, Sed vt eius audacia confundatur, obcæcauit eum ipſa temeritas, vt Epiſcopum Europę nulli non cognitum, & ferè vicinum, adhùc q́ valentem arripere calamum, elegerit; vt aduerſus *Surien* exprobet, ac euidenter probet, eum planê millies mentitum eſſe, dum ipſi tam ignominioſum; & impium fœtum adoptat.

Hoc demum omnibus ſit con-

fi-

ſilium; quod expertus Sanctus Senex Hieronymus ſcripſit ad Lętam

1] *Epiſt. ad Lætam de filiæ educat.*

circa filię educationem: (1) *Caveat omnia apocrypha, & ſciat non eorum eſſe, quorum titulis prænotantur.* Nam error fulcitus piorum patrocinio influit lepidé in corda fidelium, & dum ex auctorum nomine alliciuntur, ſcripturę errorem haurientes, lethalia venena ſenſim ebibunt.

## §. IV.

### *RESPONDETVR SVRIEN CONvincendo phyſicê eius impoſturam.*

2] *P. Celenſ. ep. 8.*

CVm *redditur ratio facti* [aiebat Petrus Celenſis] (2) *rei veritas non offuſcatur, nec Rei culpa, ſi qua eſt, diſſimulatur. Diſtinguitur enim falſa excuſatio, & rationabilis ſatiſfactio; alterum culpa cumulat, alterum quatenus culpandus, vel non culpandus*

*dus eſt, declarat. Vterque enim peccat, & qui mentitur in ſua accuſatione, & qui dedignatur falſa obiecta, vera relatione diluere.*

Exiſtimaſti inique, quod ero tui ſimilis; arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. (1) Prodijt enim Sanctę Inquiſitionis edictum, quo in Theatro Chriſtiano Theatrum Jeſuiticum proſcripſit, die decima ſexta Februarij 1665. Ego autem indueram Sacræ Religionis Sancti P. Dominici veſtem, vigeſima nona Aprilis anni 1648. die Sancto Petro Martyri, primo Inquiſitori aduerſus Hęreticam prauitatem ſacro, & mihi ex hac etiam materiali circunſtantia maximê fauſto. Si demas nouitiatus integrum annum, in quo ſolum vacatur conſtitutionum profitendarum inſtructioni, alijs ve ſpiritualibus exercitijs; quin ad res alias, aut ſtudia locus relinqua-

1) *Pſal. 49. v. 21.*

quatur, rurſusque computum facias temporis, cuius ſpatio ſtudijs poſt profeſſionem mancipati ſumus Dominicani, inuenies falſitatem tuam, abſque alia probatione, ex coarctatione temporis detectam. Occupant enim totum hominem exercitationes ſcholaſticæ in noſtra Prædicatorum Familia, nec vacuum tempus relinquunt ad alia exercitia, etſi ſint ſcholaſticis germana; neque Sacræ Scripturæ volumina, neque moralis Theologiæ auctores poſſumus præ manibus habere, ac euoluere, dum literis ſcholaſticis operam damus.

(1) *Ioann.* 7. 15. Quomodo ergò potui docere, & ſcribere (1) cum nondum literas didiſciſſem? pené profeſſionem emiſeram, & tyrocinium literarum incœperam, & iam inter ſcriptores reputatus ſum? Nondum feré aderat tempus addiſcendi rudimenta, & iam acquiſiueram tot, tam varia,

ac diſparata figmenta, in tot codici-
bus; iam moralibus, iam fabuloſis
hiſtorijs refertis, & tam variarum
abominationum fartis; vt ſtatim lin-
gua, calamusque in ijs proferendis
diſtractus ſit? Nondum valebam
ex tam proficuis Sanctiſſimæ Reli-
gionis floribus mel conficere, & iam
ex tot foliorum amaricãtium humo-
ribus poteram venena propinare?

Mathematica ergo demonſtra-
tione reſultat impoſſibile omni-
nò eſſe, nos in Theatro Jeſuitico nec
minimum inſudaſſe: Aſſeris enim,
typis mandatum anno 1654. ergo in-
tra quinquenniũ poſt noſtram pro-
feſſionem emiſſam: quando nec tẽpo-
ris anguſtię, nec naturę imbecillitas,
nec peruicacior ſtudiorum occupa-
tio huiuſmodi maligniſſimę, ac la-
borioſiſſimę materię ſufficiebat. In-
de tua manifeſtè conuincitur petu-
lantia, ac dementatio *Surien*, inten-
dens attribuere libellum docto (vt

ais)

ais ) ac probo Religioſo Ordinis S. Dominici , Ildephonſo á Sancto Thoma ,, tempore, quo non ſolùm docebat, ſed penè didiſcerat.

## §. V.

### *AD HOMINEM MORALITER conuincitur Surien ex ſuis clauſulis.*

ASſeris me generis claritate fulgere,&in hoc verũ dicis;ſed vt à cõſuetudine mentiẽdi nõ deſiſtas originis meæ legitimam, notiſſimãque ſeriem inuoluis,quam tot actus poſitiui,diplomatibus Apoſtolicis in diverſarum Eccleſiarum miniſterio, abſque vlla diſpenſatione,rite comprobant:(1)ſed ex ore tuo te iudico,
1} Lucæ.19. 22. hominum nequam; quomodo enim ex ſanguine præclaro fluere poſſũt riuuli turbidi? ſanguis enim pręclarus nullum inficit,omnes pręclaros

præſumit, præclaréq́ loquitur; ex radice bona arbor generoſa creſcit, quę bonos fructus facit, non inſipidos, nō amaros: quomodo ergo Societatē JESV in communi diffamarem, eiusque defectus [ſiqui fuiſſent, etiam in aliquo individuo] detegeſem? Nonne, ſi hoc fuiſſem exequutus, præclaram, & nitidam conculcarem originem, ac derractionis luto inficerem, atque denigrarem? (1) *Quid enim prodeſt ei, quem ſordidant mores, generatio præclara? Ipſe ſe vacuum oſtendit, qui gloriatur in patribus, quorum non imitatur virtutes; quid profuit Cham, quod fuerit Noë filius; nonne ſeparatus de medio filiorum? Qui ſecundū ſanguinem frater factus erat natus, ſecundum animam factus eſt ſervus, nec familia illuſtris potuit defendere impios mores.* Aiebat Chriſoſtomus.

1] *Chriſoſt. in Matth. Homil. 5.*

*Signum Regis* [2] *in apibus eſt non habere aculeum: nobilior apis, quæ alijs na-*

2) *Ioan. Bromiard. in ſum. prædic. verbo, nobilitas, c. 3. n. 11.*

*natura anteponitur, & præfertur, aculeum non habet; naturaque ab illa aculeum abſtuliſſe creditur, nobilibus, & alijs præfectis dans exẽplum non habendi mordacitatem: nobiles non mordent, ſed manſuetudinem oſtendunt nulli nocentes.*

Joſeph ab Arimathęa non conſenſerat conſilio, & actibus contra JESVM, ait Sanctus Marcus, [1] quia *erat nobilis decurio*: & vt Albertus Magnus notat, *hæc eſt laus à natalibus*; qui enim á natalibus nobilis eſt, non ſolum opere, verum nec cogitatione, conſenſu, aut conſilio contra corpus phyſicum, àut myſticum JESV machinatur. Quomodo ergò *Surien*, aſſumis medium ita oppoſitum, vt nequitiæ tuæ artes mollires?

1) *Marc.* 15. 43.

S.

## §. VI.

*IMPLICAT SVRIEN ME VIRtutibus ornatum, ſimulque detractorem publicans.*

VIde, ó *Surien*, quanti æſtimes virtutum ſplendorem, dum illum vitiorum nęuo circumfuſum depingis. Detractorem enim, & in materia grauiſſima iniuriarum auctorē, ſummêque probroſum me fingis, & pariter affirmas, tam in clauſtro, quam in Epiſcopatu æqua, & exemplari virtute floruiſſe, & degere: (1) *Sed nec me, vel laudatores, vel vituperatores mutabunt (quemadmodum, qui cœno vnguentum, aut vnguento cœnum admiſcent, ac per mixtionem qualitates confundunt) quod enim ſum, hoc maneo, ſiue maledictis afficiar, ſive laudibus in cœlum eſſe*

1] *Nazian. orat.* 14. *n.* 15.

*efferar.* Paruipendo laudes, quibus videris me in altum extollere, vt periculioſius decidam: hæ permixtæ,maleuolæ, ac falſiſſimæ impoſturæ potius ſunt cœnum ex abundantia cordis tui ad os immiſſum, quam morum ornamentum, & famę: [1] nos autem, qui bonus Chriſti odor ſumus, nec attingunt vituperia, nec intingunt adulationes.

1) 2. *Corinth* 2. 15.

Sed argumentum ad hominem retorqueo: ſi enim vt aſſeueras, conſcientia ſtimulante, & quaſi compulſus Religionem *Sancti* Patris Dominici amplexus fui, vt alienę primogenitureę iniuſtitiam non irrogarem, & legitimo Domino ac ſucceſſori, quæ ſua erant, tribuerem; quomodo in ipſo Religionis limine, ac ingreſſu tali cogitatione ductus, auferrem, quod alienum erat, & tam pretioſum, vt eſt honor, & fama tam venerabilis fami-

mi-

miliæ, tamque benemeritæ de Eccleſia Dei? Ridiculum,& ſpernendum omnino foret, Parentum meorum ſtatus non retinere,ſcrupuloſa [vt ſomnias] conſcientia inductum, ne vel leuem alieno iuri iniuriam irrogarem;& ſimul non vereri Religioſiſſimo corpori Societatis JESV; honorem,integerrimæque ſuæ famæ prædicamentum auferre; & ita non ſolum difficillimę, ſed infœliciſſimę reſtitutioni obnoxius fieri. Quomodo enim inciperem propriam ſpiritualem vitam,auferendo alienam famam, non vnius, vel alterius indiuidui nocentis, ſed Sanctiſſimæ ac Religioſiſſimæ Cómunitatis innocentis?

Nihil enim tam charum fuit Reverendiſſimo Patri Ioanni Baptiſtę de Marinis, totius Religionis Magiſtro, [ſub cuius diſciplina, & ſubditus, & Prælatus ſemper militaui, & á quo mutuaui ſua-

uitatis deſiderium ] quam Societas JESV: nec ita in eius animo aliquid tam altius inhæſerat, quam erga eam fraterna charitas, & vt veré totius Religionis Prædicatorum amantiſſimus Pater, in omnes alũnos voluit diffundere eius amoris ſpiritũ, literis encyclicijs ad totum ordinẽ miſſis, ac vniuerſis indiuiduis alloquentibus, quib⁹ annunciat ſalutem ab eo: *qui fecit vtraque vnum*. & incipiunt: *Cum Templi velo diuiſo indiuiſam IESV tunicam, &c.* Datis Romę die 25. Menſis Martij 1661. vbi commemorat quantum ſemper curauit noſtra Prędicatorum Familia, ne illa differentia, quæ merê ſpeculatiua eſt, & ſolum intellectui inſedit, & præciſé in diſputationibus verſatur, à voluntati illabatur, & charitatem; ac vnitatem practicê ſcindat, ac diſſociet: ideo in memoriam reuocat ordinationes, ac ſtatuta Generalium Capitulorum noſtrę

Do-

Dominicanę Familię, ad hoc tendentium; ac in prędictis literis refert admonitionem quartam Capituli Generalis Valentini, anno 1596. necnon Rcmani 1644. ordinationem 21. & rurſus etiam Romani 1656. confirmationem decimam. In quibus omnibus nihil tam ſtrictius præcipitur, quam beneuolentia, & vera amicitia inter vtriuſque Religionis profeſſores.

Religioſum me inclamas, & tot Sacrarum legum, & mandatorum tranſgreſſorem, non ſolum facto, ſed ſcripto ſupponis? obedientia lydius lapis eſt obſeruantiæ Regularis, eiuſq́ fulcimentũ, ac norma. Minimè Religioſum animũ oſtenderẽ, ſi non modo in ijs, quæ tu fingis (hęc enim nec Chriſtianos, aut Ethnicos decent) ſed etiã in indifferẽtibus ſubmiſsã nõ ſternerem volútatem, ac obtemperarem ordinationibus, & legibus dictantibus vnica-

tatem, ac indiſſolubilem amicitiam, quę verè facit cor vnum, & animam vnam in Domino. Quomodò, ergo in clauſtro Religioſus permãſi, ſi in clauſtro inobedientię crimen commiſi?

Repetis, & multoties inculcas tam in clauſtris, quam in Epiſcopatus ſacratiſſimo miniſterio, me Religiosè vixiſſę, virtutumque laude decoratum ſemper manſiſſe: conceſſo, ac dato, quòd tu verè ignarus aſſeueras, reſponde mihi: quomodo poſſunt formari virtutes abſque earum forma? Quomodo ſtabiliri abſque fundamento? Nonne charitas forma eſt virtutum Chriſtianarum, ſicut prudentia moralium? Quomodo rurſus poteſt eſſe charitas vbi amor non adeſt proximorum? Imò vbi inueniuntur atrociſſimi odij expreſſiones, diffamationes irreparabiles; quales repẽriuntur in tali libello maledictionũ,

&

& amaritudinum pleno, vtpoté manu impietatis tam acerbé exarato: (1) *Veræ virtutes, niſi in eis, quibus vera ineſt pietas, eſſe non poſſunt:* dicebat Aguſtinus ad Bonifacium. Quomodo ergo cõpatibile efficies, me veris virtutibus fulgere, dum impijſſimum demonſtras, cum talis libelli auctorem me fingis?

(1) *Auguſt. Epiſt. ad Bonifac.*

Non diſſimile tentat *Surien*, ac Ariani intenderunt; qui cum vellēt in ſuum ſenſum trahere ſanctiſſimum Antiſtitem Alexandrinum Dionyſium, vt ſuam hæreſim ſtabilirent, affirmando in id ipſum coincidere cum illo, imò ex ipſius Catholiciſſimis ſcriptis exhauſiſſe, tanquam à fonte, ſuam peſtiferam doctrinam. Sanctus Athanaſius (vere Arianorum malleus, ac perpetuus detector) ita de huiuſmodi improbitate conqueritur: [2] *Ad mendatia pijs hominibus fingenda heretici confugiunt, cum nihil conſentaneum*

2) *Athanaſ. epiſt. ad Arianos, fol. mihi 172.*

*neum rationi in ſuis ſcriptis habeant, ac proinde improbas cauſificationes, ac callida ſophiſmata in medium profe-rant, nunc eò audaciæ proceſſere, vt etiam Patres noſtros* [hi ſunt Epiſco-pi] *in calumniam vocent; minimè id alienum ab ipſorum moribus, & pro-prium omnino prauitatis ingenij. Qui enim aduerſum Dominum, & aduer-ſus Chriſtum ſuum ſtudia intendunt; quid mirùm ſi Beatū Dionyſium Epiſ-copum Alexandriæ, adſtipulatorem, ſuffragatoremque ſuæ ſententiæ fin-gant? Eumque ad commendationem ſuæ hæreſeos,* laudibus ornent, bea-tumque prędicent, dum magnis criminibus impetunt; *non aliter quam prædones, & improbi homines, qui de ſtudijs ſuis male viuunt; pro-bos, modeſtosque ſibi ſocios fingunt, falſa de illorum probitate mentientes.* Hæc Athanaſij verba videntur prę-venire ea, quæ *Surien* intendit, cū me onerat laudibus, vt ſocium ſui

fa-

facinoris me adducat,& prærogatiua rũ dignitatis noſtrę ornamento, ſuam decorare videatur inſolentem improbitatem, ac de noſtra modeſtia ſuum perſonare vultum; cujus maledicentia, tantum diſtat à veritate, quantum Arianorum ſententia á ſenſu Dionyſij.

Hæc ergò cauſa eſt, quare in Epiſcopum Malacitanum inſurgat: (1) *Nam in hoc Hæretici ſolicitiſſimè incumbunt, vt quos maxime viderint ſtrenuos rei Catholicæ curatores falſis criminibus, & impoſturis, etiam ſcriptò commiſſis, inquinent.* Et vt eloquens aiebat Cyprianus (2) *Hoc ab initio eſt opus diaboli, vt quos indicat ſervos Dei, conſcientiæ ſuæ clareſcentes, mendacijs hominum infamare ſatagat.* Hoc *Surien*, facit verè cooperator diaboli; faſcinat enim, quas in nos proclamat, virtutes.

[1) *Contrad. Brun. lib. 2. de Hæretic. cap. 6.*]

[2) *S. Cypr. Epiſtol. 52.*]

§. VII.

## §. VII.

### EXCLAMATIO AD SS. D. N. Innocentium XI.

TAndem B. P. ad veſtram BV. ſermonē conuerto: non verbis, aut quærimonijs meis, ſed in memoriam reuoco, quod olim glorioſiſſimus, ac eloquens prædeceſſor veſter S. Leo Pontifex Maximus ſcripſit: (1) *Quomodo* [Hæretici] *decipere ſimplices poſſent, niſi venenata pocula, quodam melle prælinirent, ne vſquequaque ſentirentur inſuauia, quæ eſſent futura mortifera? Curandum ergo eſt, & Sacerdotali diligentia maximé providendum, ne falſati codices à ſincera veritate diſcordes in nullo vſu lectionis habeantur. Apocripha autem Scripturæ, quæ ſub nominibus Apoſtolorum* [ Epiſcoporum Catholicorum, qui per Apoſtolos fi-

(1) S. Leo Epiſt. 93. cap. 15.

figurantur, & illis ſucceſſerunt] *multarum habent ſeminarium falſitatum, non ſolum interdicenda ſunt, ſed ignibus concremanda.*

Non ſolum ſcripta falſata debent conflagrari, verum etiam Auctor, & impoſtor æquali pœna puniri: (1) Nam ſi falſarius monetæ comburendus eſt; quanto magis falſarius librorum? qui per adulterationem ſupponit viris Catholicis, probis, ac in ſumma dignitate conſtitutis ea, de quibus nunquã cogitarunt, & quę viliſſima ſunt, ponderis marculo falſo inſinuat, ac figurat, ac ſi eſſent pretio digna.

1] *Henrric. Kaltheincē. in Conc. Baſiuien. cõtra Henrric. Huſiſt. §. 2. ſic arguit.*

*Sunt enim iſti Heretici* (vt loquitur Sanctus Iſidorus: 2) *tanquam qui oſſa profana venditant pro ſacris reliquijs, quæſtum fingentes pietatem. Scripta Patrum ſunt quaſi reliquiæ intellectus, & animæ ipſorum; quiſquis alias cogitationes profert, quaſi ſententias Patrum rem facit, quæ non mul-*

2] *S. Iſidor. lib. 2. de offic Eccl. c. 15. ex S. Aug. de opere Monach. c. 28.*

*multum diſtat à ſacrilegio.*

Pœna ergo ignis mulctari oportebat, qui tot crimina ſimul commiſit, contra Deum, contra Eccleſiam, contra Catholicos Epiſcopos, contra venerabilem Societatem IESV, contra omnes leges naturales, ciuiles, & politicas. In hæc omnia incurſus eſt *Surien* : Deum enim blaſphemat, & Eccleſiam paruipendit, dum affirmat tolerare, ac permittere eos, qui Verbum Dei impuré tractant : proximos innocentes grauiſſimis impoſturis, & mendacijs, vt apparet, dilacerat: deficit naturæ regulis tot falſa crimina obiiciendo, & affirmando: ciuiles, & politicas leges tranſgreditur, quæ propter bonum, ac tranquillitatem populorum præcipiunt, quod ſcripta, quæ typis mandantur, exprimant, non fingant, nomina auctorum, locum, typographum; nec lucem videant, donec

pu-

publica authoritate per probos, ac maturos viros prius approbata permittantur prodire. Hoc enim non ſolum apud Eccleſiam, [illegible] diuerſis Pontificum decretis Pij Quarti, & Clementis Octaui, necnon in Tridentina Synodo (1) deciſum eſt, ſed etiam apud Ethnicos ſemper obſeruatum fuit: [2] *Qui tales emittunt libellos, pluſquam famoſos, ſine loci, typographi, auctoriſque titulo, nec famoſos tantum, verumetiam diſidiarum diſſeminatores, etiam apud Ethnicos, puniebantur pœna capitis ſupplicio, & quod apud illos erat capitale facinus, nunc quorundam ludus eſt.*

1] *ſeſſion.4.*

2) *Eraſm.Epiſt.9.ad comit.Helueſe*

Quis enim SS.P. ex animi intentione, & ex operis ſui exequutione ita diſſeminator diſſidiorum eſt, ac *Surien*, qui acſi ludat, tot infamias ſpargit, tot venerabiles perſonas ſuis ſcriptis inficit: (3) *Qui ſingula pro ſua voluntate mutat,*

3] *S.Bernard Epiſt.193.*

*au-*

*auget, & minuit : in libris & in operibus ſuis oſtendit ſe fabricatorem mendacij; liberet Deus per vos Eccleſiam ſuam à labijs iniquis, & à lingua doloſa.* Hoc enim quod Sanctus Bernardus ita enixé poſtulabat aduerſus Abailardum, & quod impulit SS. Innocentium Tertium ad eum confligendum; vt videre eſt apud

1) *S. Bernard epiſt.* 194. ipſum Bernardum. (1) Hoc idem flagito à SS. D. N. Innocentio Vndecimo eius ſucceſſore re, & nomine fœliciſſimo, conſequuturumque ſpero aduerſus *Surien.*

Idem meliſluus Doctor, vt indigitet *Surien*, eumque veſtrę Sanctitati detegat, adeo minutiſſimis ſignis eum demõſtrat, ac ad viuũ exprimit, vt ſolum deficiat ipſius nominis pronũtiatio. Ita in perſona Arnaldi de Brixia eum diffinit. An pingit?

2) *S. Bernard. epiſt.* 95. (2) *Turbatus eſt à Regno Francorum, Religionis cauſa, ſchiſmaticus inſignis, & in his omnibus non eſt auerſus*

*fu-*

*furor eius, ſed adhûc manus eius extenta; nam etiam ita vagus, & profugus ſuper terram, quod iam non licet inter ſuos, non ceſſat apud alienos, tanquam leo rugiens circuiens quærens, quem devoret, & nunc ſicut accepimus operatur iniquitatem, cuius maledictione, & amaritudine os plenum eſt: ſeminator diſcordiæ, fabricator ſchiſmatum, turbator pacis, vnitatis diviſor, cuius dentes arma, & ſagittæ, lingua eius gladius acutus; molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula; videbitis hominem apertè inſurgere in Clerum, inſurgere in ipſos Epiſcopos: deniquè ſi capi vulpes puſillas demolientes vineam, ſcriptura ſalubriter monet, num multo magis lupus magnus, & ferus religandus eſt, ne Chriſti irrumpat ouilia, oves mactet, & perdat?*

Nonne iſte eſt *Surien*, qui Religionis cauſa, patria deturbatus â Francorum Regno relegatus eſt?

Dum enim magna cum impietate aduerſus Catholicam Religionem ſua dogmata publicaret, non potuit eũ Gallia ſuſtinere, & in Hollandiã emiſſit. Cum enim Rex Chriſtianiſſimus, anno 1660. declarauerit radictum, quo ſui prędeceſſores ratum habuerunt, Hęreticos in Gallia degere, non deberi intelligi cum Apoſtatis; tunc *Surien*, ſicut & alij, profugit ex Gallia, vt præcipuus, ac perfidus Apoſtata.

Nonne eſt inſignis iſte ſchiſmaticus, non ſolum quia à vera Religione in Baptiſmo ſuſcepta receſſit, ſed quia cauſa eſt, & origo tot ſchiſmatum, quę in agro Eccleſiæ diſſeminauit, ac diſſeminat; dum nõ ſolum intendit auertere fideles à vera deuotione erga Prædicatores ſtrenuos, ac fideliſſimos JESV Miniſtros, verumetiam ſubditos diſſociare à ſuis Superioribus, & Prælatis; dum eos pingit, ac fingit detrac-

tractores, ac diſſeminatores libellorum? Iſte eſt qui inſurgit in Clerum Regularem, ſcilicet, in Societatem JESV, ac in ipſos Epiſcopos, & ex conſequenti in omnem Eccleſiaſticum ordinem deſęuit.

Neque exilia, neque labores eius animum fregerunt, vt incunctanter contra Religionem (1) furor eius deſinat eſſe auerſus, manuſque eius ſemper eſt extenta, non enſe, ſed calamo, dum non ceſſit alienos dilacerare ſcriptis, cum hoc non valeat, timore coercitus, exercere in proprios; & quos dentibus non poteſt tanquam leo rugiens premere, ſaltem fremitibus diſcerpit, ac dilaniat.

1) *Iſaiæ 5. 25.*

*Quod ſi res magnas à magnis* [2] *conſiderari oportet, cui æquè vt tibi id ſtudij competit, qui parem ſuper terram non habes? Sed tu ſecundum tuam ſapientiam, & poteſtatem datam tibi deſuper facies de hoc. Non eſt meæ humilitatis dictare tibi ſic,*

2) *S.Bernard lib.2.de conſiderat. ad Eugen. c 1. agit contra maledicorũ linguas.*

*vel*

AO1 1970573



*vel ſic fieri quidquam ; ſufficit intimaſſe oportere aliquid fieri, vnde Eccleſia conſoletur, & obſtruatur os loquentium iniqua : hæc pauca vitæ apologiæ dicta ſint. Perfecta, & abſoluta cuique excuſatio teſtimonium conſcientiæ ſuæ. Mihi pro minimo eſt, vt ab alijs iudicer, qui dicunt bonum malum ; & malum bonum ; ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Et ſi neceſſe ſit vnum fieri è duobus, malo in nos murmur hominum, quam in Deum eſſe. Bonum mihi, ſi dignetur me vti pro clypeo. Libens excipio in me detrahentium linguas maledicas, & venenata ſpicula blaſphemorum, vt non ad ipſum perveniant. Non recuſo inglorius fieri, vt non irruatur in Dei gloria : quis mihi det gloriari in voce illa, quoniam propter te ſuſtinui opprobrium, operuit confuſio faciem meam : gloria eſt mihi conſortem fieri Chriſti, cuius illa vox eſt : opprobria exprobantium tibi ceciderunt ſuper me.*

57534

BIBLIO
Vittor
X
NA